Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

# Enchiridion Psalmorum

https://hdl.handle.net/1874/395718

BVCHEL

## Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell

**Huybert van Buchell (1513-1599)**

**Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:**
http://repertorium.library.uu.nl/node/2732

**Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:**

- de rug van het boek
- de kopsnede
- de frontsnede
- de staartsnede
- het achterplat

## This book is part of the Van Buchell Collection

**Huybert van Buchell (1513-1599)**

**More information on this collection is available at:**
http://repertorium.library.uu.nl/node/2732

**Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:**

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

Kast. 107
Pl. B N°. 6

Biblia et interpretes

Octavo n°. 215.

Kast 107
Pl. B n. 6

Kast 107
Pl. B N°. 6

N. 46. C.

# ENCHIRI DION PSAL MORVM.

*Eorundem ex ueritate Hebraica uer ſionem, ac Ioannis Campenſis è regione paraphraſim, ſic ut uerſus uerſui reſpondeat, complectens.*

Concionem præterea Salomonis Eccleſiaſtæ, per eundem Campenſem ex Hebraico παραφραστικῶς traductam.

SEB. GRYPHIVS EXCVD. LVGD.
ANNO
1534.

ACADEMIA RHENO TRAIECTINA

# IO. DANTISCI E. C.

## *in eandem paraphraſim*

Epigramma.

Pura mente Deum ſi uis cognoſcere lector,
 Et quis ſit ueræ religionis amor:
Et quibus ipſe modis Deus eſt orandus,& illi
 Fidere quo poſſis pectore,labe reus:
Hæc lege diuini,ſacrata poemata uatis.
 Qui fidei noſtræ fons & origo fuit.
Ex cuius ſacro,mundi ſeruator IESVS
 Semine,mortali corpore,factus homo eſt.
Cum falſis ueteres Dijs,interiere poetæ:
 Nominis illorum,fabula ſola manet.
Hic cum perpetuo,uiget omni tempore Chriſto:
 Iſtud & in terris,dulce reliquit opus.
Dulce quidem numeris,ſed ſenſu dulcius omni
 Melle,quod ex Hybla ſedula legit apis.
Clarius hoc tandem, Campenſis reddidit orbi,
 Interpres linguæ,candidus Hebraicæ.
Perlege,ne pigeat,mentem ſuper aſtra leuabis:
 Plusq́ pius fies quàm modo,lector,eras.
Non hic Caſtalios,ficto de fonte,liquores,
 Sed quos dat Chriſti ſpiritus,ore bibes.
Quæ quondam priſci,finxere poemata uates,
 Mentitis polient,omnia plena iocis.
Hic eſt firma fides,hic ſpes,hic feruor amoris:
 Quem quiſq́ in ſummũ,debet habere deum.

τέλος.

# REVERENDISSIMO D. IOANNI DANTISCO

Culmenſi Epiſcopo, Regis ſereniſsimi Poloniæ apud Cæſariam maieſtatem Oratori &c.

Ioannes Campenſis, S.

HABES tandem modis omnibus ornatiſsime præſul, ſuccinctam in Pſalmos omnes paraphraſim, iuxta Hebraicam ueritatem, in qua cum uerbum uerbo reſpondere non potuerit, uerſus tamen uerſibus ſecundum Hebræorum exactiſsimam diſtinctionem, exactè reſpondent, qui in uulgata editione plurimis in locis confuſi, rem per ſe alioqui obſcuram plus ſatis, obſcuriorem reddiderūt. Quis autem fuerit autor huius editionis, qua Eccleſia utitur, mea non multum refert: hoc unum tantum affirmo, indignam eſſe quæ diuo Hieronymo tribuatur: conſtat hunc per omnia Græcam editionem ſequutum, uertiſſe quicquid uertit, cuius non minus obſcurus eſt autor, quàm eſt noſtræ huius. Certum enim eſt ex ipſo Ariſtæa, qui

ſeptuaginta duos interpretes iuſſu Ptolemæi regis in Aegyptum perduxit, quicq; quid egerint, quomodo à rege excepti fuerint, quot horas uerſioni ſingulis diebus impenderint, quodq; non ſeptuaginta cellulis, alij ab alijs ſecluſi fuerint, ſed in una domo conſultantes inter ſe, conſonum quiddam ediderint, quod Græco Demetrio deſcribendum traderent, unico libello complexus eſt. Ex hoc ergo certũ eſt, & ex Ioſepho in præfatione antiquitatum Iudaicarum, imò ex ipſo diuo Hieronymo non uno tantum loco, ipſos ſeptuagintaduos, tantum legem, hoc eſt, quinq; libros Moſi in linguam Græcam tranſtuliſſe, abſoluerunt enim id, ad quod uocati fuerant, eo, inquit Ariſtæas, dierum numero, quo erant ipſi, hoc eſt, duobus & ſeptuaginta. Hæc paucis hic non ſine cauſa commemorare libuit propter receptam, ſed pernicioſam perſuaſionem in Græcis de ſeptuaginta, & Latinis de uulgata editione, quòd ea ſit diui Hieronymi, atque ob id in neutra quicquam mutare ex ipſis Hebraicis fontibus liceat, cùm extet iuxta Hebraicam ueritatem editio alia, quam certiſsimum eſt eſſe ipſius Hieronymi, quamuis Eccleſia neſcio quo modo eam non receperit. Qui ergo nunc conatur melius quiddam afferre, quàm uſu receptum eſt, non diuerſum à Hieronymo cum iniuria ſanctiſsimi & doctiſsimi uiri facit, ſed idem penitus, quod olim

olim faciebat ipſe. Verùm hæc hactenus, ad me enim non multum pertinent, qui nō interpretem ago, ſed paraphraſten, quicq́ autoritatem in Eccleſia nullam ambio, nec cuiquam iniuriam facio, niſi fortè obſcuros locos, eosq́ non paucos, ob nimis ſcrupuloſam in reddendo uerbum uerbo fidem explicuiſſe aliis uerbis apertioribus, ſit iniuriam facere. Ego tantùm natiuum quendam guſtum horum pſalmorum dare uolui, futurum ſperans, ut olim Eccleſiæ conſenſu totum uetus teſtamentum doctis, & linguarum peritis in noſtram linguam transferendum cōmittatur, quemadmodum audio hunc noſtrum ſummum pontificem Clementem ſeptimum ante nuperrimam Romanæ urbis expugnationem tentaſſe, ut uidelicet ea prouincia ſex Iudæis, & ſex Chriſtianis Hebraicè peritis mandaretur. Sed ad rem noſtram reuertamur, hanc paraphraſim, quam tantopere in publicum prodire cupis, maxima ex parte, ante aliquot annos Louanij cùm linguam Hebraicam in Buslidiano collegio profiterer, auditoribus meis non in hoc dictaueram, ut unquam euulgaretur, ſed ut aliquos ad ſtudiū Hebraicarum literarum inuitarem, re ipſa oſtendere conatus ſum, non utilem ſolum, ſed neceſſariam fore ad ſacros autores intelligendos eius linguæ nonnullam cognitionē, quod quàm uideatur uerilimile aliis neſcio, de me hoc dicere poſ-

ſum, quòd nullis commentarijs in hunc pſalmo-
rum librum, puto enim me omnes propemodum
legiſſe, qui aliquo modo in pretio fuerint, tan-
tum adiutus fuerim, quantum exigua, imò pro-
pemodum nulla ſacroſanctæ huius linguæ noti-
tia. Habe itaque mi Dantiſce non noſtri tantum
ſeculi præſulum decus, quod à me nullus impe-
traſſet alius, quantumuis id multi conati ſint, &
boni, & docti, nec mediocriter magi uiri: non
quòd illos iudicauerim hiſce meis nugis indi-
gnos, ſed quòd mihi perſuadere nunquam potue
rim, aliquid ineſſe, quod doctis placere poſſet.
Quid ergo cauſæ ſit fortaſſe ipſe tu rogabis, cur
nunc tibi dem, quod nulli dare conſtituerã. Pau
cis reſpondebo: fama nominis tui, qua mihi an-
nis non paucis cognitus fuiſti, & ipſa præſentia,
quæ famam adeo non minuit, ut auxerit etiam
uehementer, cogunt me credere plus tibi, quàm
ipſi mihi, deprehendi enim non fallacibus argu-
mentis reculam quandam in te, oportet enim mi
nimum quiddam eſſe, quod uix ulla lingua plu-
ribus, dignata eſt ſyllabis, quã una: ex Hebręis
eſt לב, Græcis νοῦς, Latinis mens, tu ſi uoles ex
reliquis linguis addes, nouiſti enim totius Euro
pæ ferme omnes, hæc certe ſyllaba magis me ra
puit in amorem tui, quàm ullæ tuæ opes, aut in
me innumera alioqui beneficia, & quid me non
raperet, quum per eam, cum ſumma eruditione,

& nequaquam Sarmatica ciuilitate cõiunctam, ad pontificale culmen euectus ſis, & meritò apud potentiſſimos principes tam ſit gratioſus meus hic Sarmata, ut ſi quidlibet indutus celeberrima per loca uadat, omnis Dantiſcum deceat color, & ſtatus, & res. Vale domine mi, & has qualeſcunq; laboris mei primitias cõſule boni, meliora tibi promitto, & alia multa, & hæc fortaſſis ipſa, ſi deus uitam cõceſſerit. Norimbergæ 3. Maij. 1532.

## AD LECTOREM.

QVum, ut doctiſſimi quiq; Hebræorum affirmant, tituli Pſalmorum nihil ad eorundem intellectionẽ faciant: ut qui ferè nihil præter inſtrumenta muſica, aut cantionum genera ſeculis illis nota complectantur: non operæpretium uiſum eſt eos hîc inſerere, ne libellus enchiridij modũ excedat. Cætera lector æqui boniq; conſule. lege & fruere.

# PSALMORVM ad Hebraicam ueritatem uerſio Latina.

# IOANNIS CAMPENſIS in eoſdem paraphraſtica interpretatio.

PSALMVS I.

1 BEA
tum
homi
nem
qui non adit conſi-
lia impiorum, qui
in uia ſceleratorum
non moratur, neq;
in conſeßu peruer-
ſorum conſidet.
2 Sed lege domi-
ni delectatur, & in

I.

1 MOdis
omni
bus be
atus
eſt il-
le uir
qui nō ſecutus eſt con
ſilium eorum, qui ſine
certa lege uiuunt, neq;
ſocius fuit eorum, qui
ſtudio faciunt malè:
multo minus eò demē
tiæ peruenit, ut impo-
ſtorum illi uita placue
rit.
2 Quin potius, in do-
ctrina Domini totus
erit, & doctrinam il-

Beatus uir q nō abijt.

*ea meditatur die ac*
*nocte.*
3 *Hic ſimilis eſt*
*arbori ad ripã flu=*
*minis plãtatæ, quæ*
*fructũ ſuũ ſuo red*
*dit tempore: cuius*
*folia nõ decidunt,*
*cuius omnis fructus*
*feliciter prouenit.*
4 *Contrà uerò im*
*pij, ſimiles ſunt pul*
*ueri qui à uento*
*diſsipatur.*
*Hinc fit ut neq;*
*impij, neq; ſcelera*
*ti uiuãt in cœtu &*
*concilio iuſtorum.*
6 *Vt enim uia iu=*

lius animo uoluet ; &
reuoluet nocte & die.
3 Quare ſimilis erit ar
bori plantatę iuxta ri
uulos aquarum , quæ
fructum maturũ pro-
feret tẽpore opportu-
no: cuius ne unũ qui-
dem foliũ marceſcet:
& quemcunq; illa fru
ctum protulerit , utili-
tatem ille adferet a-
liam.
4 Longè aliter eue-
niet impijs ex legibus,
erũt enim ueluti feſtu-
ca, quæ ludibrium eſt
uenti.
5 Quare ſubſiſtere nõ
poterunt impij illi ,
ſed cauſa ſua cadent,
quando ad normam
æquitatis uita illo -
rum expendetur, neq;
tranſgreſſores durare
poterunt in cœtu iu-
ſtorum.
6 Agnoſcit enim Do-

ſtorũ Domino pla
cet, ita uia impio-
rum perit.

PSAL. II.

1 VT frendunt
gẽtes? ut po
puli uana moliun-
tur?
2 Concurſant re-
ges orbis, & prin
cipes in unum coë
unt, aduerſus dñm
& Chriſtum eius.
3 Rumpamus, in-
quiunt, uincula eo
rum, & lora corũ
à nobis pijciamus.
4 At qui cœlos ha
bitat Dominus, ri-

minus modum uiuen-
di iuſtorum, & gratus
eſt illi, ſed uitæ genus
illorũ qui Deum non
habent præ oculis, in-
teribit.

II.

1 QVæ dementia
fecit exteras
nationes in-
ter ſe conſpirare, & iu
daicam factionẽ, rem
ſtultam, animo conci-
pere?
2 Oppoſuerunt enim
ſe, q reges ſunt orbis,
& principes inito con
ſilio conſpirauerũt ad
uerſus Dominum &
Chriſtum illius.
3 Rumpamus, inquiẽ
tes, laqueos eorũ, abij
ciamus à nobis uincu
la eorũ, ne pareamus
legibus eorum.
4 His minis nihil ali-
ud quàm ei qui cœlos
ipſos inhabitat, riſum

Quare fremuerunt gentes, &c.

*det, ac ludit eos.*
5 *In ira & furo=*
*re ſuo ſic turbat et*
*adfatur eos.*
6 *Ego uerò ungã*
*regem meum, ſu=*
*per Zion montem*
*ſanctum meum.*
7 *Erudiam eum le*
*ge Domini, ſic etiã*
*apud me cogito, tu*
*es filius meus, ego*
*hodie genui te.*
8 *Poſtula à me, et*
*dabo tibi hæredita*
*tem gentium, &*
*prædia tua erunt*
*orbis termini.*
9 *Quos baculo*

mouent, & ipſi Domi
no cachinnum.
5 Quando enim uide
bitur illi, loquet̃ tanq̃
iratus cũ eis, & ueluti
grauiter cõmotus tur-
babit, & irrita facieͭ
omnia cõſilia eorum.
6 Ego interim, inquit
Dñs, inuitis illis pręfe-
ci regem, qui mihi pla-
cet mõti Sion, in quo
ſanctitatis meæ ſpeci-
mina edere conſtitui.
7 Arripio ego rex con
ditionem, & tanquam
firmiſsimè decretũ in
acta referam hoc, ꝙ
Dominus dixerit ad
me, filius meus es tu,
ego hodie genui te.
8 Et, ſi popoſceris à
me, ueluti hæreditario
iure tuos, poſsidebis
omniũ nationũ popu-
los, & ditio tua exten-
detur uſque ad extre-
mos fines terræ.
9 Tamq̃ tibi erit fa-

*ferreo reges, ac franges tanquam figulinum uas.*

10 *Idcirco reges quæſo ſapite, & diſciplinam recipite ô iudices terræ.*

11 *Vt deferatis Domino timorem, & cum metu exultetis ei.*

12 *Vt amplectamini filium, ne illo irato, pereatis propter ſtudia ueſtra: nam cum breui exardebit ira eius, ô felices qui ſperant*

cile, ſi rebellare uolue
rint, confringere illos
ſceptro tuo ferreo, &
poteſtate regia, quàm
figulo frangere uaſcu-
lum, quod pauloante
finxerat ipſe.
10 Quare tandem reſi
piſcite ô reges, & rectã
admonitionem admit
tite quotquot eſtis iu-
dices terræ.
11 Et depoſitis ridicu-
lis minis, libenter uos
imperio Domini ſub-
dite, & gaudere talem
uobis cõtigiſſe regem,
memores interim quã-
tus ſit, & quàm metuẽ
dum, ne offendatur.
12 Itaq; filium quẽ uo
bis præfecit, oſculami
ni, & amicitiam illius
expetite: ne fortè ira-
ſcatur: & uos à recta
uia aberretis: ſi enim
ueluti ira accenſus, cũ
rebellibus uobis agere

*in eum.*

PSAL. III.

1 QVàm multi ſunt ò Domine qui tribulant me? quàm multi qui inſurgunt aduerſum me?

Dñe qd multiplicati ſunt.

2 Quàm multi, qui de me dicunt, Deus nõ ſaluabit eum? סלה

3 Cùm tu Dñe propugnator meus ſis gloria mea, quiq́; caput meũ exaltas.

4 Voce mea cùm ad Dñm clamo, exaudit me de monte

cœperit, quod niſi reſipiſcatis breui futurum eſt, ſerò ſentietis quàm uerè felices fuerint, qui ſe illius imperio ſubdiderunt.

III.

1 DOmine quàm ſunt multi, qui affligunt me? plurimi inſurgunt aduerſum me.

2 Multi dicũt de me, nulla eſt huic in deo ſpes reliqua ſalutis. Tam inueniuntur impudenter ſcelerati.

3 Cùm toties tu aperueris in prælio ſcutũ contra hoſtes pro me, & fueris mihi inſignis gloriæ autor, & erexeris caput.

4 Voce itaq; mea ad Dominum etiam nunc clamabo, & ille exaudiet me è cœlo, monte uidelicet ſanctitati il-

ſuo ſancto. סלה
5 Equidẽ recumbo
ac dormio, iterum
Dño me fulciente,
iterum reſurgo.
6 Nihil metuo my
riades populorum
quæ me circũſtant.
7 Tu enim Dñe de
us meus ꝓdibis ad
ſaluandum me: tu
percuties maxillam
omniũ hoſtiũ meo
rum, & dentes im
piorum cõminues.
8 Tua Dñe eſt ſa=
lus, tua igitur boni
tate ꝓſequere po
pulũ tuum. סלה

lius peculiariter dica-
to. Certo certius.
5 Ego iacebam & ſua
uiter dormiebã, & fini
to ſomno ſecurus ſur-
gebam, certò ſciens ꝙ
adeſſet Dñs mihi.
6 Quare nõ metuiſſem
tum uel centum homi
num milia: etiã ſi ſum-
mo ſtudio undiqꝫ op-
pugnaſſent me.
7 Exurge Dñe, & eã
ſecuritatẽ redde mihi:
ſerua me mi Deus, qui
percutere ſoles omniũ
inimicorꝫ meorum ma
xillas, & ignominioſè
ueluti colaphũ impin-
gere illis, & dentes im-
piorꝫ malè de me lo-
quentium cõfringere.
8 A ſolo te expectan-
da eſt uera ſalus, qui in
populũ te agnoſcẽtem
mirificè ſemper fuiſti li
beralis. Quod certò cõ
ſtat.

PSAL. IIII.

Cum inuocarem exaudiuit me.

1 O Deus iuſtitiæ meæ, q me exaudis ad te clamantem, et in anguſtijs conſtitutũ, in latitudinẽ educis, miſerere mei, et exaudi orationem meam.

2 O mortales hoĩes quouſq; ſpreta magnitudine mea, uana diligetis? quouſq; nugacia ſectabimini? סלה

3 Quouſq; agnoſcetis ꝙ Dñs cum quem amat eripit?

IIII.

1 Cum anxie implorem auxiliũ tuũ, exaudi me quæſo Deus innocentiæ meæ teſtis, qui in anguſtias redacto mihi latiſſimum ſæpe de improuiſo campum aperuiſti: etiam nunc miſerere, & uotis meis reſponde.

2 Vos principes uiri, qua tãdem fronte me, quem Deus hoc honore dignatus eſt, ſtudebitis contumelia afficere, idq́ꝫ fruſtra? quod enim tentatis, nunquã ſuccedet uobis. Ita res habet.

3 Hoc ſaltẽ agnoſcite ꝙ miris modis Deus ſanctũ quendã ſibi elegerit: Dñs exaudiet me quoties opem illius implorauero.

Dñs quum ad eum clamo, exaudit me.

4 *Contremiſcite et nolite peccare: meditemini in cubilibus ueſtris cum ſilentio.* סלה

5 *Sacrificate ſacrificia innocẽtiæ, & ſperate in Dño.*

6 *Multitudo iſta dicere ſolet, qs præſtet nobis bona? cũ tu Dñe lumen uultus tui ſuper nos manifeſtaueris.*

7 *Qua tu re lætitiã infudiſti cordi meo maiorẽ, quàm ipſi habeãt in diuite prouentu tritici & muſti ſui.*

4 Date operã ſedulò ne peccetis: ſi enim pẽderitis rem ipſam apud animũ ueſtrũ in lectis ueſtris ſoli, deſinetis de me ſiniſtrè loqui. Proculdubio.

5 Si quẽadmodũ externis ſacrificijs, ita innocentia ſtuderetis placare Deum, tutò illi fidere poſſetis.

6 Multi dicũt, utinã aliqs pręſtet nobis diuitias, tu uerò fac luceat nobis, q̃ te diuitijs pręferimus, lumen uultus tui Dñe, & fauor tuus erga nos appareat.

7 Nõ inuideo diuitias illis, quin potius gaudio affeciſti animũ meum, ꝙ illis frumẽtum & uinũ, quẽadmodũ optauerãt, abũdanter prouenerit, & diuites facti ſunt.

8 *Tutò igitur & in pace accumbam ac dormiã: nam tu Dñe ſolus præſtas ut ſecurè habitem.*

8 Sine metu, fauore tuo contentus, non minus feliciter quàm diuites illi, & iacebo, & obdormiſcam: quia tu Dñe, qui ſolus potes, ſingulari quodã modo ab omi metu liberum habitare facies me.

PSAL. V.

Verba mea auribus percipe Dñe.

1 *Audi uerba mea Dñe: intellige cogitationẽ meam.*

2 *Attẽde uoci clamoris mei ô rex et deus meus, quoniã tibi ſupplicabo.*

3 *Tempeſtiuè exaudi uocẽ meam Domine, tempeſtiuè enim adcommodabo me tibi & contemplabor.*

V.

1 Verba mea auribus hauri dñe, intellige cogitationem animi mei.

2 Conſidera ꝙ ualida uoce ex animo clamẽ ad te, qui mihi proprie & rex es, & Deus, quare & uenio oratũ ante omnia te.

3 Domine mane exaudies uocem meã, ſummo mane componam ad te precationẽ meã, & uidebo aſſecutũ me quod uolebam.

4 *Nam tu es Deus cui non placet impietas, cui non cohabitat malignus.*

5 *Nõ conſtãt corã oculis tuis uiolẽti, odio habes oẽs qui operantur ſcelus.*

6 *Perdis mendaces ſanguinarios, & fraudulentos abominaris Domine.*

7 *Ego autẽ fretus multitudine bonitatis tuæ, uenio ad ædem tuã, adoro in tẽplo ſancto tuo religiosè te metuẽs.*

8 *Duc me dñe tua iuſtitia propter aduer*

4 Non enim Deus, cui placeat impietas tu es, neque habitabit apud te quiſquam malitioſus.

5 Non continget malitioſe ſtolidis conſiſtere è regione uultus tui. ſed faciem & fauorem tuum auertes ab eis: odio perſequeris ſceleratos.

6 Subuertes mẽdaces, hoĩem ſanguinariũ et fraudulentũ abominabitur Dominus.

7 Quare ego fretus multa miſericordia tua ingrediar domũ tuam, orabo conuerſus ad tẽplũ ſanctitatis tuę, maieſtatis tuæ reuerenter rationem habens.

8 Domine dirige me ad normã iuſtitię tuę, nõ habeant unde glo

*ſarios meos, & pa*
*ra coram me uiam*
*tuam.*
9 *Quoniã in ore*
*eorum non eſt re-*
*ctum, intus corru-*
*pti ſunt, guttur eo*
*rũ ſepulchrũ patẽs*
*eſt, lingua uerò ſua*
*blandiuntur.*
10 *Dãna eos ô De*
*us, cadant conſilijs*
*ſuis, pro multitudi*
*ne ſcelerũ ipſorum*
*elimina eos, quoni*
*am proddierũt te.*
11 *Contrà uerò læ*
*tentur oẽs qui ſpe*
*rãt in te, in æternũ*

riãtur qui inſidias pa
rãt mihi fac plana ſit
ante oculos meos uia
qua itur ad te.
9 In ſermone hoſtium
meorꝝ nihil eſt, cui tu
to fidi poſsit: animus
illorũ ſpurcitijs ple-
nus eſt: ſepulchro patẽ
ti & cadauerꝝ pędore
referto ſimile eſt gut-
tur illorꝝ, ꝑ quod erũ
pit uenenũ, quod ge-
ſtãt in pectore, & pa
lam ſit ex uerbis illo-
rũ, quãtũuis ad fallẽ-
dũ cõpoſita fuerint,
aliud habere illos in
ore, et aliud ĩ pectore
10 Perde illos Deus, ir-
rita ſint cõſilia illorꝝ,
propter multitudinẽ
ſcelerũ quę deſignãt:
ſubuerte illos: ſiquidẽ
te quoq; exaſperant.
11 Perde ſceleratos, ut
gaudeant quotquot
ſubdiderũt ſe tibi: &

*exultēt te illos pro tegēte: exultent in te omnes qui colūt nomen tuum.*

12 *Quia tu dñe proſequeris iuſtum, et gratia tua uelut ſcuto tueris eum.*

PSAL. VI.

1 *DOmine ne quæſo in ira tua arguas me, & in furore tuo ne corripias me.*

2 *Miſerere mei domine quoniã æger ſum ego: ſana me Domine, quoniam totus deſpero.*

perpetuò exultēt, ab omni quod lędere eos poſſet, te defendēte ſecuri, & gaudio expleã tur, quotquot amantes ſunt auguſtiſsimi nominis tui.

11 Felicem muneribus tuis facies iuſtum Domine, et ueluti clypeus proteges illum: gratioſitate & fauore tuo exornabis illum.

VI.

1 DOmine ne pro ira tua, quam aduerſum me, licet meritò, concepiſti, caſtiga me: neq; ꝓ bili, quam ego moui tibi ſupplicium ſume de me.

Dñe ne in furore tuo arg.

2 Quin potius miſereat te mei Dñe, æger enim ſum, & te medico magis opus habeo. corpus enim meũ conturbatum eſt totum.

3 *Nam & anima*
*mea uehemẽter ten*
*tatur : tu uerò Dñe*
*quouſq; ceſſas?*
4 *Redi Domine,*
*ut liberes animam*
*meam : & per tu=*
*am bonitatem ſal=*
*uum fac me.*
5 *Inter damnatos*
*enim nõ eſt qui tui*
*meminerit:apud in=*
*feros quis putas te*
*celebret?*
6 *Laboro gemens*
*perluo lectũ meum*
*omni nocte,& ſtra*
*tum meum lachry=*
*mis liquefacio.*

3 Et animus meus cõ
turbatus eſt multò ma
gis:tu interim domine
quando tandem reſpi
cies miſeriam meam?
4 Redi quæſo Domi
ne ad ſolitam clemen-
tiam, & libera animã
meã à malis: & priſti-
nę ſanitati reſtitue me
habita ratione non tã
peccatorum meorum,
quàm benignitatis tuę
immenſæ.
5 Quomodo enim po
terit mortuus celebra-
re memoriã nois tui,
& qui demerſi ſunt ad
inferos, quomodo gra
tũ animũ pro acceptis
abs te beneficijs oſten
dere poterũt apud eos
qui ſunt ſuperſtites?
6 Defatigatus ſum fle
tu lamẽtabili,lectũ me
um laui ſingulis nocti-
bus,& lachrymis meis
cubile meũ humectaui,

7 *Perijt mihi per mœrorē oculorum acies : emarcui īter tot hoſtes meos.*

8 *At nūc recedetis à me ô ſcelerati oēs: Dn̄s enī exaudiuit uocem fletus mei.*

9 *Dn̄s exaudiuit me ſupplicē: Dn̄s orationē meā accepit.*

10 *Erubeſcēt ac turbabūtur uehementer oēs inimici mei, mutabuntur & erubeſcent ſubitò.*

PSAL. VII.

1 *Domine Deus meus in te ſpe*

7 Caligine obductus eſt præ nimio mœrore oculus meus, hebetata eſt acies eius præ metu tātæ, q ſubuertere me cupiunt, hoſtiū turbæ.

8 Diſcedite à me quotquot machinamini malum mihi, Dn̄s eñi placatus eſt lamētabili & clamoſo fletu meo.

9 Audiuit Dn̄s orationem meā, & precationem meam admiſit.

10 Pudore afficiantur, & uehemēter cōturbētur, quotquot inimico ſunt animo in me: conuertantur in fugam, et infames fiant ſubitò.

VII.

1 Domine mi Deus ſpem meam omnem collocaui in te, quare ſerua me ab hac tanta multitudine perſequentium me, & in manus illorū

Dn̄e deus meus in te ſperaui,

*ro, ſalua me de o=*
*mnibus qui me per*
*ſequuntur, & libe=*
*ra me.*
2 *Ne rapiant ac*
*diſcerpant me tan=*
*quã leo, nemo enim*
*eſt qui me adſerat.*
3 *Dñe Deus meus*
*ſi feci hanc rem, ſi*
*hæc in me culpa de*
*prehenditur.*
4 *Si damnum mihi*
*dantibus, reddidi:*
*ſi hoſtẽ meum te=*
*merè ſpoliaui.*
5 *Iam perſequatur*
*me hoſtis & com=*
*prehẽdat, ac me ui*

ne ſinas incidere me.
2 Si enim qui dux eſt
horum comprehende-
rit me, non aliter dila-
niabit ꝙ leo ouiculã
ſolet, quã nemo è fau-
cibus illius eripit.
3 Domine ſi feci qd-
quã ſimile ſceleribus
qualia ille deſignat in
me multa, & ſi maliti-
oſè uel uerbo, uel ope
re egi unꝙ cum illo.
4 Si conatus ſum per-
dere quenꝙ, qui pacẽ
et amicitiã meã ex ani
mo expetiuit, quemad
modũ ego expetiui il-
lius hoſtis nũc mei, quẽ
& ſummis è periculis
aliquoties eripui, quã-
uis homo improbiſſi-
mus nũc odio capitali
ſine ulla cauſa perſe-
quatur me.
5 Si, inquã, admiſi in
illũ quidꝙ tale, perſe-
quatur inceſſanter me

*uum humi concul-cet: gloriam uerò meam in lutum de figat.* סלה

6 *Exurge & uehe re Dñe cũ ira et in dignatione tua in aduerſarios meos, & præſta quã pro miſiſti uindictam.*

7 *Vt te concio po-pulorũ circundet: huius tu gratia ite-rum exaltare.*

8 *Ô Dñe populo-rum uindex, uindi-ca me iuxta innocẽ-tiam & integrita-tem meam.*

& compræhẽdat, pro-ſternat uſq; in terram, uitã adimat mihi: cõſi lia uerò mea, & de me liore rerum mearum ſta tu ſpes in puluere ia-ceant, et irritæ fiant o-mnes. Ita fiat.

6 Exurge Domine ira tus, commoueant te fu rores hoſtiũ meorum ut exciteris, & ſuppetias feras mihi, quemadmo dum & pollicitus es.

7 Quod ubi feceris, in-gens populorũ turba accurret, & amplecte-tur te, orabitq; ut di-gneris te in altiſsimo regni tui ſolio colloca re, & rex eſſe illius.

8 Quam prouinciam non grauatè ſuſcipiet Dñs, & iuſtè iudicabit populos illos, iudica & me quæſo ſecundũ iuſtitiam & innocen-tiam meam.

9 *Ceſſet obſecro malignitas impiorum, iuſtum autem fulcias, ô cui corda & renes perſpecti ſunt Deus iuſte.*

10 *Securitatē meam Deo acceptam fero, qui ſeruat rectos corde.*

11 *Deus uindex iuſtus eſt: Deus omni tēpore cōminatur.*

12 *Si non redimus, gladium ſuum uibrat, arcum intendit ac inſtruit.*

13 *Accōmodat ſibi arma ad interficiendum: ſagittas ſuas ut*

9 Perdet tandem ipſa maleuolentia impios: uerùm tu confirmabis iuſtum, qui ſcrutator es cordium, & renum Deus iuſte.

10 Defenſor meus eſt Dominus qui uictoriam tribuit, & ſeruat eos, qui candido ſunt pectore.

11 Deus & iuſti eſt iudex, & eius qui ſceleribus ſuis Deum irritat aſsiduè.

12 Contra talem, qui reſipiſcere nō uolet, gladiū ſuū acuet Deus, et arcum tēdet, & oculis aptè admouebit, ut nō aberret à ſcopo, ſed rectà petat illum.

13 Præparata apud ſe habet tela mortifera, parabit ea, quomodo ſolent qui ardētiſsimè

*incendant, inficit.*

14 *En iſte monſtrum parturit, ærumnam enim concepit, & pariet mẽdacium.*

15 *Lacum incîdit & effodit, ſed incidet in fouea͂ qua͂ fecit.*

16 *Recidet eni͂ ærumna in caput eius, & ſcelus in uerticẽ eius deſcendet.*

17 *Gratias ago Domino pro eius iuſtitia, & cana͂ nomen domini altiſsimi.*

PSALMVS VIII.

perſequuntur aliquẽ.

14 Sceleratus autẽ ille parturiet iniquitatem, nocere magnoperè cupiens, concipiet animo ſtultum & moleſtũ laborem, & tandem pariet rem nihili.

15 Effodit foueam, & apertam reliquit, ſperans ut ego incida͂ imprudẽs in ea͂: uerũ longè illi diuerſum eueniet, corruet enim ipſe in eam, nunquam extrahendus illinc.

16 Recidet ſtudium nocendi in caput ipſius, & in uerticem capitis ipſius iniuria, qua me afficere conatus eſt.

17 Ego uerò liberatus ab inſidijs ipſius, celebrabo Dominum pro iuſtitia, quæ gemina eſt illi, & cantabo nomen domini altiſsimi.

VIII.

Dñe dñs noſter q̃ admirab.

1 *DOmine Dñs noſter quàm admirãda eſt maieſtas tua per uniuerſam terrã, quæ laudem tuam uſq; ad aſtra tollit:*

2 *Quam ori infantiũ & lactentiũ inſeruiſti, robur quoq;, propterea quòd hoſtes & inimicos tuos captiuos ducis & ulciſceris.*

3 *Cùm cõſidero cœlos facturã digitorum tuorũ, lunã et ſtellas q̃ tu feciſti.*

4 *Quantus, dico,*

1 DOmine omniũ noſtrum Dñe, q̃ meritò magnifica ſparſa eſt fama nominis tui p̃ uniuerſam terram: argumẽta ſunt gloriæ & maieſtatis tuæ maximæ, quæ apparent in cœlis.

2 Res mira præterea, & ſola infantũ, & lac adhuc ſugentiũ acclamatione, ꝑ armis uſus ſis contra hoſtes tuos, & omnipotentiæ manifeſtum oſtendens argumentũ re tam imbecilli ſubuerteris inimicum, & eum qui ueluti uindicem ſe oppoſuerat tibi.

3 Quoties uideo cœlos tuos, opera digitorum tuorum lunã, & reliquas ſtellas, quas elegãtiſsimo ordine in illis collocaſti.

4 Tum ſic apud me co

*eſt homo, ꝙ eius*
*meminiſti? quòd e=*
*ius rationē habes?*
5 *Minuiſti eū pau=*
*lulū à Deo, gloria*
*& honore circū=*
*dediſti eum.*
6 *Præfeciſti eū ope*
*ribus manuum tua=*
*rū, & omnia pedi*
*bus eius ſubieciſti.*
7 *Oues et boues oēs*
*omnes beſtias agri.*
8 *Volucres in aëre,*
*piſces in pelago, et*
*quicquid per ma=*
*ris itinera tranſit.*

gito, deus bone, ꝗd eſt
miſerabilis homuncio,
ꝙ tu illius rationē ha-
beas: aut Adæ nepos,
ꝙ tu inuiſere illum, &
amicitiam contrahere
cum illo digneris.
5 Feciſti illum tantum
nō deum, gloria & ho
nore coronaſti illum.
6 Dominum feciſti il-
lum operum tuorum,
omnia enim ſubieciſti
pedibus illius.
7 Oues & boues uni-
uerſos, & reliqua etiā
iumenta, ꝗbus pabulū
ſuppeditant campi.
8 Aues in aëre uolitā-
tes, piſces qui natāt in
mari, & quicquid uſꝗ
degit in illis aquis.
9 Domine omniū no-
ſtrum Domine, quàm
meritò ſparſa eſt ma-

9 *O Domine Dominus noſter, quàm ad=*
*miranda eſt maieſtas tua per uniuerſam*

*terram.*

PSAL. IX.

Confitebor tibi dñe in toto corde meo.

1 *CAnam te Domine ex toto*
*corde meo, & celebrabo res tuas*
*admirabiles.*
2 *Lætabor & exultabo in te, uehen-*
*do nomen tuum altiſsime.*
3 *Eò quòd inimicus meus retro a-*
*bijt, corruit, ac pe-*
*rijt uirtute tua.*
4 *Tu enim uindicaſti me, & iudiciū*
*meum perfeciſti: throno deniq; impo-*
*ſuiſti, ô iudex iuſte.*

gnifica fama noīs tui
per uniuerſam terram.

IX.

1 LAudabo Dominum toto pecto
re meo, ſcribam
ipſe quàm uaria admi
ratiōe digna deſignet.
2 Gaudebo & exulta
bo ſeriò ꝙ propitium
habeā te, pſalmis cele-
brabo nomē tuū, licet
omni ſit laude maius.
3 Cōuerſi in fugā inimi
ci mei, uiribus deſtitue
bant, & funditus ipſi
perierunt opera tua.
4 Tu enim, cum ego
uiribus illis impar eſ-
ſem, pro me ſtetiſti cō
tra hoſtes meos, & cau
ſæ meæ patrocinīū ſu
ſcepiſti, ſediſti pro tri-
bunali, & executus es
iuſtitiam.

5 *Tu cõpeſcis gentes, perdis impios, & nomen eorũ deles imperpetuum.*

6 *Hoſtile ferrum prorſus tollis, urbes excindis, ut nomẽ earũ cum ipſis intercidat.*

7 *Dñs autẽ inæternũ tenet imperiũ, qui ſolium ſuum ad æquitatis cuſtodiam parauit.*

8 *Hic orbem iuſtitia temperat, & per æquitatẽ populis ius reddit.*

9 *Aſylum eſt Do-*

5 Increpaſti gẽtes, ſubuertiſti impiũ, memoriam nominis eorum aboleuiſti nũquam reſtituendam.

6 O inimice finem habent populatiões tuę, neq; poſthac amplius tibi unq̃ dabiĩ populandi poteſtas: ciuitatulas certe aliquot ſic ſubuertiſti, ut memoria illarũ pierit cũ admiratione trãſeuntiũ.

7 Tu quidẽ tyrannidẽ ad hũc modũ, Dño ad tempus cũniuente, exercuiſti: uerùm ille perpetuò ſecurus & tranq̃llus ſedebit, & obſeruabit oĩa, & iam nunc parat ſolium ſuum, ut ſedeat pro tribunali.

8 Vt iudicet orbem totum iuſtiſsimè, & cauſas pupillorũ expẽdat æquiſsimè.

9 Quare aderit Do-

*minus pauperi, & refugium in articulo anguſtiæ.*

10 *Hinc eſt ut in te ſperent, quibus notũ eſt nomẽ tuũ, tu enim non deſeris q te quærunt Dñe.*

11 *Canite Dñm qui Zion habitat: memorate inter populos conſilia eius.*

12 *Quoniã ſanguis oppreſſorum memor, inqrit in eũ, neque præterit clamorem eorum.*

13 *Miſereris Dñe, & intentus es in*

minus ꝓtector illi, qui iniuſte opprimitur: ꝓtector aderit opportunus, etiã in medijs tribulationibus.

10 Tunc ſpem indubitatam cõcipient de te, ubi experti fuerint præſentiam nominis tui, & re ipſa diſcẽt te nunquam defuiſſe iis qui ſtudent placere tibi ô Domine.

11 Pſalmos canite in laudem Domini habitatoris Sion, ſpargite in uulgus admiranda conſilia illius.

12 Qui uindicabit ſanguinem eorum, qui iniuſte oppreſsi fuerant, nũquam negliget Dominus clamorem pauperum.

13 Miſerere mei Dñe, aſpice afflictionẽ meã, qua affligunt qui odio perſequũtur me: tu cũ

*adflictionẽ quæ mihi ab inimicis meis irrogatur, & de poteſtate mortis adſeris me.*

14 *Vt exponam omnem laudem tuã in Zion, & exultẽ in ſalute tua.*

15 *Cũ cõtrà, gẽtes in interitum mergantur quem parauerũt, & pes eorũ reti quod tetenderunt, capiatur.*

16 *Notum facit Dominus iudiciũ ſuũ, cùm in ipſo opere ſuo comprehenditur peccator.* הגיון סלה

ille es, qui erigis, & retrahis me à ianuis & faucibus mortis.

14 Vt conſcribam & cõmemorem uarios te laudandi modos, illis, qui uerſantur in portis Sion, & gaudio afficiam eos propter ſalutẽ tam miraculoſe allatam mihi per te.

15 Deciderunt gentes in foueam, quam ipſæ parauerãt, reti illo quo alijs inſidiabantur, illaqueatus eſt pes illarum.

16 Notum eſt Dominum æquitatis eſſe ſtudioſum, & quòd ſceleribus ſuis illaqueabitur impius. Res procul dubio digna, quæ imo reponatur animo.

17 Abeũt ad inferos impij, et omnes gẽtes quæ Dei obliuiſcuntur.

18 Pauperis autem nulla prorſus fiet obliuio, & adflicto rũ expectatio nunquam fruſtrabitur.

19 Exurge Domine ut nõ inualeſcat homo, iudicẽtur gẽtes coram te.

20 Ingere eis pauorẽ ut agnoſcãt ſeſe hoĩes eſſe. סלה

17 Abibunt impij ad inferos, unà cũ uniuerſis gentibus, quibus curæ non eſt deus.

18 Nõ enim perpetuò obliuioni dabitur pauper, patiens expectatio afflictorum cõperiet tandem nõ fuiſſe inanis.

19 Exurge domine ne inualeſcat homũcio futilis, tractetur cauſa impiarum gentium coram te.

20 Incute dñe terrorem illis, & oſtẽde gentes illas impias ſibi, ut ſentiãt homines eſſe ſe miris modis miſerabiles.

X.

1 Vouſq; Dñe ſtabis ꝓcul ſemotus à nobis, hoc maximè tẽpore, quo periclitantẽ tui?

1 PSAL. X.

Dñe ut qd receſſiſti lõgè.

Vi ergo nũc ſit, ò dñe, ut longiſſimè abſis, ut lateas ĩ anguſtiæ tpe?

2 *Humilis perit in*
*ſolentia impioru͂,*
*ô ſi co͂prehe͂da͂tur*
*in coniurationibus*
*quas cogitant.*
3 *Gloriatur impius*
*cu͂ animi ſui cupidi*
*tates impleuit, lau*
*datur prædo, quíq;*
*Dn͂m blaſphemat.*
4 *Impius pro faſtu*
*animi ſui, iſtud nul*
*lius reputat, non*
*enim aduocat deu͂*
*in omnibus ſcelera*
*tis conſilijs ſuis.*
5 *Prophanæ ſunt*
*uiæ eius oe͂s omni te͂pore, ſublata ſunt è*
*conſpectu eius iudicia tua, omnes ho=*

2 Summa cu͂ arrogan
tia impius perſequitur
pium, capia͂tur potius
impij ſceleratis illis co͂-
ſilijs, quibus alios ſub
uertere ſtudent.
3 Placet enim impius
ipſe ſibi, & facit quod
illi petula͂tia animi ſug
geſſerit: nec deſunt qui
adulent ob ſpem præ-
dæ illi, tam manifeſtè
blaſphemo in dn͂m.
4 Impius præ animi
ſui arroga͂tia futurorum
ſecurus erit. Dei uerò
ne ſemel quidem illi in
mentem ueniet.
5 Modis omnibus omni
te͂pore nocere conabi-
tur, quæ interim de il-
lo ô altiſsime ſtatuis
penitus ignorat, ſed ue
luti furibu͂dus et cęcus
aduerſarios ſuos uni-

*ſtes ſuos cõtemnit.*
6 *Sic enim apud ſe*
*conſtituit, non mu*
*tabo ullum tempus*
*quod non cum ma*
*litia traducam.*
7 *Execratiõe ple*
*num eſt os eius,*
*fraude ac dolo, ſub*
*lingua eius labor*
*ſedet ac dolor.*
8 *Verſatur foris*
*circũ cortes ad in=*
*ſidiandum, ut clàm*
*trucidet inſontem,*
*oculi eius ĩ præter*
*eũtes intenti ſunt.*

uerſos uel ſolis minis
perditurũ ſe confidit.
6 Perſuaſum enim ha
bet duraturum ſe lon
giſsimo tempore, nec
incõmodi quicquam
acceptturum.
7 Execrabilia ſunt o-
mnia, quę loquitur, &
fraudes meras habet
ſermo illius peſtilẽs, et
iniquitate ſcatens.
8 Sedebit in angulis
uillarũ iuxta publicas
uias, unde clãcularijs
eruptionibus irruet in
inſontẽ, oculis præter
euntes pauperes obſer
uabit, ex latibulis ſuis
proſpiciens.
9 Inſidias collocabit in
locis occultis, nõ mino
re crudelitate, ꝗ̃ leo
inſidiatur ouiculæ ex
antro ſuo: inſidiabitur

9 *Inſidiatur è latibulo, tanq̃ leo è cubi=*
*li ſuo: Inſidiatur ut ſpoliet deſtitutum,*

*ut ſpoliet attrahē-
do eum naſſa ſua.*
10 *Cōcutit, hūiliat,
ac deijcit uiolentia
ſua prætereuntes.*
11 *Sic enim ſecum
putat, ignorat De-
us: auertit enim fa-
ciē ſuā, ut prorſus
non uideat.*
12 *Exurge igitur
Dñe Deus, extēde
manū tuam, & ne
obliuiſcaris eorum
qui oppreſsi ſunt.*
13 *Cur enim con-
tēnat impius Deū,
& in corde ſuo di
cat, ꝙ nihil cures?*

enim ī hoc ut dilaniet
eum, quo uiribusſupe
rior erit: dilaniabit au
tem abſqꝫ ulla cōmiſe
ratione quicūqꝫ in il-
lius rete inciderit.
10 Vbi illaqueatū uul-
nerauerit pium ſubſi-
det clàm, ne latrocini
um deprehendaī, ad
hūc modū uiribus il-
lius cecidit ingens mi
ſerorum turba.
11 Perſuaſit ſibi Deū
negligere hæc, & auer
tere faciē ſuam ab his
nec habiturū unquam
rationem horum.
12 Exurge Dñe Deus,
leua in altū, ualidius ꝑ
cuſſurus, manū tuā, ne
neglige pios omī hūa
no auxilio deſtitutos.
13 Qua patientia ferre
potes impiū in te tam
manifeſte blaſphemū
ut dicere audeat, non
eſſe Deum, qui cura-

14 *Videas igitur, tu*
*enim es qui laborē*
*& dolorē conſide*
*ras, ut in manū tuā*
*tradātur. Tibi de=*
*relictus eſt humilis*
*ac imprudēs: pupil*
*lo tu fers auxiliū.*
15 *Cōtere fortitudi*
*nem impij & mali*
*gni, ut ſimul cū im*
*pietate ſua peant.*
16 *Dominus in per*
*petuū rex perma=*
*net, at oēs gentes*
*è terra pereunt.*
17 *Deſideriū adfli=*
*ctorū exaudi dñe,*
*præbe aurem tuam pectori eorum.*

turus ſit hæc?
14 Verum ille cū maxi
mo ſuo malo fallit: ui-
diſti eīm quæ fecit oīa,
maleuolentiā & ſcele-
ra ipſius tu diligētiſſi-
me obſeruaſti, oſtenſu
rus & noſſe flagitia il-
lius, & poteſtatē habe-
re ſumēdi ſuppliciū de
illo, & curam te gerere
miſerorū turbæ, q pu-
pillis ſemper eſſe ſoles
auxilio.
15 Cōfringe brachiū, &
potentiā impij, & ma-
litioſi: inquire in īpieta
tes illius, quoad nulla
reliqua fuerit īpunita.
16 Dominus eſt rex &
ſeculi huius, & æterni-
tatis: extirpatæ ſunt gē
tes de terra illius.
17 Deſideria piorū audi
uiſti Dñe, gubernabis
corda ipſorū: pbebis au
res tuas precibus eorū.

18 *Vindica pupillũ*
*& humilẽ, ne mor*
*talis homo poſthac*
*uim audeat inferre.*

PSAL. XI.

1 *DOmino fido:*
*quomõ nunc*
*dicetis animæ meæ,*
*abi hinc protinus*
*in montes tuos uo*
*lucre citius?*
2 *Ecce enim impij*
*arcum intendunt,*
*adcõmodant ſagit=*
*tas ſuas neruo, ut*
*clàm petant q̃ ſunt*
*integro corde.*
3 *Vt funditus per=*
*dant, iuſtus autem*

18 Vt ſuppliciũ ſumas
de pupillorũ & alioꝝ
pauperum oppreſſori-
bus: ne tentet amplius
uiribus ſuis fidere miſe
rabilis homuncio pro-
gnatus è terra.

XI.

1 CVm in domino
ſpem meã poſu
erim, qua frõte
ridere audebitis me di-
centes, fuge de mõte in
montẽ: ſicut ſoles cum
tuis, & abſconde uſq̃
te in antro, ſicut con-
ſueuit paſſer?
2 An neſcitis quoties im
pij tetẽderint arcus, a-
ptauerint ſagittas ſuas
ad neruũ, hoc ſtudioſè
agẽtes, ut clàm tela ſua
iacularẽtur in eos, qui
candido ſunt pectore?
3 Ipſi quidẽ lædere ſtu
duerunt, uerùm in ip-
ſo conatu irrita facta
ſunt conſilia, quæ ipſa

In Dño confido.

*quò ſe uertet?*
4 *Dñs qui in tēplo*
*ſancto ſuo eſt,Dñs*
*cuius in cœlo ſoliū*
*eſt,ocl'is ſuis īſpicit*
*palpebris ſuis ſcru*
*tatur filios hoīm.*
5 *Dñs contēplatur*
*iuſtū,impiū autem*
*& ſcelerum ſtudio*
*ſum odit ex animo*
6 *Pluit laqueis ſu=*
*per peccatores, i=*
*gnis,ſulphur,pro=*
*cella & tēpeſtas,*
*poculum ſunt quo*
*eos potat.*
7 *Iuſtus enim Do*
*minus iuſtitiam a=*

putabāt certiſsima,ne
que iuſtū, cuius opus
ſtabile erit, lædere un
quam potuerunt.
4 Dominus eſt in re-
gia ſanctitati ſuæ dica
ta,Dñs in cœlo habet
ſolium ſuū, unde ocu-
li illius contemplantur
omnia,& palpebræ il
lius obſeruant diligen
tiſsime quæcunq; deſi
gnant poſteri Adæ.
5 Dñs obſeruat & iu-
ſtum & impiū, ſed eū
qui amans eſt iniqui-
tatis, odio perſequitur
ex animo.
6 In modum pluuiæ
proijciet in impios la-
pides igne & ſulphure
circumlitos, qui unà
cum horribili tempe-
ſtate portio quædam
erunt calicis, & ſuppli
cij illorum.
7 Quia iuſtus eſt ipſe
dñs, nō poteſt nō eſſe

*mat, æquitati inten tus eſt uultus eius.*

iuſtitiæ amantiſsimus: quare cum qui cādido eſt pectore, uultu ſuo placidiſsime aſpiciet.

PSAL. XII.

1 *FEr opē ô Domine, quoniā perijt ſanctimonia, receſsit fides à filijs hominum.*

2 *Vana loquitur quiſq; cum proximo ſuo, ſermonem blandū omne cor meditatur.*

3 *Excindat Dn̄s omne os blandiloquum, & linguam grandiloquam.*

4 *Qui dicunt, confortemus linguas noſtras, nitamur labijs noſtris, deinde quis*

XII.

1 TE ſeruatore opus habeo dn̄e nullus enim reliquus eſt ſanctus: eſſe deſierūt inter hoīes q fidi ſunt & integri.

Saluum me fac domine.

2 Mendacia quiſq; loquitꝰ cū ſocio, & apud amicū ſuū lingua utitur fraudulenta, cui duplex animus ſcelerata ſuggeret uerba.

3 Perdet dominus uniuerſa labia fraudulenta, & linguā quæ non loquitur niſi grandia cum Dei ipſius contemptu.

4 Qui dicere audēt lingua noſtra fortiter ſal

*nobis dñabitur?*
5 *Propter calami*
*tatem oppreſſorũ*
*igitur, & gemitũ*
*pauperũ exurgam*
*dicet Dñs, ſalutiq́;*
*reſtituam, & reſpi*
*rare faciet eum.*
6 *Eloquia domini*
*eloquia puriſſima*
*ſunt, uelut argen=*
*tum incendio à ter*
*ra repurgatum, ac*
*ſepties liquatum.*
7 *Tu igitur domi*
*ne abſtine eos, &*
*cuſtodi nos ab iſto*
*genere hominum*
*in perpetuum.*

lemus, labia habemus
in noſtra poteſtate, qs
noſter eſt Dominus?
5 Propter gemitũ pau
perum, & eiulatũ miſe
rorũ, nunc exurgam di
cit dominus: collocabo
pauperẽ eo loco, ut tu
tus futurus ſit ab illo,
qui lędere uirulẽta ſua
lingua conabatur illũ.
6 Verba & ꝓmiſsiões
dñi cãdidiſsimæ ſunt,
ipſo argento igne dili-
gentiſsimè expurgato
puriores, à quo arte, et
inſtrumẽtis ad eã rem
aptis, ablatum eſt quic
quid inerat terræ im-
purioris, idq́; ſepties re
petita purgatione.
7 Quare tu Domine
ſeruabis optima fide
ea quæ promiſiſti, &
liberabis nos, quemad
modum pollicitus es,
ab eiuſmodi hominum
genere perpetuò.

8 Omnia enī plena
fiunt impijs, cum
uanitas exultatur
inter filios hoīm.

PSAL. XIII.

1 QVouſq; obli
uiſceris mei
Dn̄e, an'ne in per
petuum? quouſque
abſcondes uultum
tuum à me?
2 Quouſq; uoluta
bo conſilia in ani=
mo meo? quanto
tempore exercebit
labor cor meum?
quouſq; exaltabitur hoſtis ſuper me?
3 Contemplare & auxiliare Domi=
ne Deus: illuſtra oculos meos, ne morte

8 Circunquaque tum
impij obambulabunt
ſecuri, cùm principatū
nacti fuerint, qui inter
hoīes ſunt pditiſsimi.

XIII.

1 QVouſq; tan-
dē obliuiſceris
mei, perpetuò
ne Domine? quouſq;
auertis tanquā iratus
uultum tuum à me?
2 Quouſq; uanis curis
animam meā affligā,
quæ nihil præter mœ-
rorē continuū pariūt?
quouſq; ſines inimicū
meum erigere criſtas
aduerſum me?
3 Habe quæſo rationē
calamitatis meæ, & ex
audi me dn̄e mi Deus,
illumina oculos meos,

Vſque-
quo Do
mine ob-
liuiſceris.

*obdormiam.*
4 *Neq; dicat ho=*
*ſtis meus, ſuperior*
*illo factus ſum:ne,*
*ſi loco mouear, ex*
*ultent, qui mihi in=*
*fenſi ſunt.*
5 *Ego enim tua bo*
*nitate nitor, geſtit*
*cor meum ad ſalu=*
*tis tuæ aduentũ, ut*
*tibi canã cum eam*
*mihi largitus eris.*

PSAL. XIIII.

Dixit inſipiens in corde.

1 *DIcũt uani in*
*cordibus ſu=*
*is, non eſt Deus:*
*corrupta & horrẽ*
*da ſtudia ſectãtur,*

ne forte obrepat ſo-
mnus mortis.
4 Ne forte dicat inimĩ
cus meus glorians, fa-
ctusſum illo ſuperior,
& hoſtes mei exultẽt,
ſi ego periero.
5 Ego certe in tua be-
nignitate poſui omnẽ
ſpem meã, quare nihil
dubito, quin futurum
ſit, ut gaudeat cor me
um ob ſalutẽ mihi abs
te allatã, & materiam
habiturus ſim cantan
di laudes Domini, ubi
ultus fuerit iniuriam,
qua affecerunt me ho
ſtes mei.

XIIII.

1 SVnt qui eò ſtoli
ditatis peruene-
rint, ut nullũ pu-
tent eſſe Deum: quæ
impia ꝑſuaſio hoc ef-
fecit, ut à nullo ſcelere
genere abſtineãt homi
nes corruptiſsimi: quo
rum ſtudia tã ſpurca

*nullus quod bonū*
*eſt, operatur.*
2 *Dñs quū aliqñ de*
*cœlo ꝑſpiceret ſup*
*filios hoīm, ut ui=*
*deret an eſſet qui*
*aut ſaperet, aut nu*
*minis curā gereret.*
3 *Hîc omnes deſe=*
*cerāt, omnes pari=*
*ter corrupti erāt,*
*nullus quod rectū*
*eſt faciebat, ne u=*
*nus quidem.*
4 *Num enim ſape*
*rent omnes qui ſce*
*leri addicti ſunt? q*
*populū meum tan*
*quàm cibum deuo*

ſunt, ut nauſeā cuiuis
generare poſſint: neq;
ſit quiſq; inter eos, q
curet facere bene.
2 Dominus è cœlo cō
templatus eſt poſteros
Adæ: ut uideat nū ſit
in tāto hominū nume
ro cordatus quiſq;, q
Deo ſtudeat eē charus
3 Vniuerſi à Deo defe
cerunt, & abominabi
les penitus facti ſunt,
nec eſt qui faciat bene
ne unus quidem.
4 Mirū profecto eos,
quibus mādata fuerat
cura plebis, potuiſſe
eò amētiæ puenire, ut
licere credāt opprime
re miſeros: & deuora-
re populum meū non
maiore commiſeratio
ne, quàm deuorari ſo
let fruſtū panis: re ipſa
certe uidētur de Deo
nihil unquam legiſſe,
& officij ſui parū me-

*rant? quiq; Dominum nõ inuocant?*
5 *Iſthic ergo trepidabũt, quũ Deus ad iuſtorũ partem ſtans, dicet iſtis:*
6 *Vos cõſiliũ inopis ludibrio expoſuiſtis: ſed dominus ſpes eius eſt.*
7 *Quis dabit Iſraëli ſalutẽ de Zion? quum reducet Dominus populum ſuum, exultabit Iacob, & lætabitur Iſraël.*

PSAL. XV.

mores eſſe.
5 Quare tum uehemẽtiſsimus de improuiſo pauor corripiet eos: cùm uiderint Deum his adeſſe, qui iuſtitiæ ſtudioſi ſunt: & execrari uos ſacrilegos.
6 Qui non ſolum neminem ad pietatem inuitatis, ſed ſi quis forte pauper pio cõſilio ſpẽ ſuam omnem ponat in Domino: illud ueluti ſtultum ridebitis, ſed finis ipſe docebit, utri ſapiant magis, uoſne, an illi.
7 Vtinam præſtet Dominus, ut ex Sion ꝓdeat ſalus Iſraeli promiſſa: cùm reduxerit enim, & à captiuitate liberauerit populum ſuum dominus, exultabit ſerio Iacob, & lætabitur Iſrael.

1 *Domine quis habitet in tabernaculo tuo? quis uerſetur in monte tuo ſancto?*

2 *Qui innocenter uiuit, quod iuſtum eſt operatur, & ueritatẽ in corde ſuo meditatur.*

3 *Qui non circũuenit lingua ſua, proximo ſuo malũ non facit, & ſocio ſuo non intulit opprobrium.*

4 *Qui nullus reputat impios, qui uerò Dominũ timent in precio habet, qui q̃d proximo iurauit*

1 Domine quis recipietur in tabernaculũ tuũ, quis habitabit tecum in cœlo ueluti monte, in quo ſacroſancta maieſtas tua peculiari quodam modo apparet?

2 Ambulans ſyncerè abſq; fuco, faciens q̃d æquum eſt, & qui dicit quæ dicit bona fide ex animo.

3 Nulli nocere ſtudet lingua ſua: nec damno afficit amicum ſuum, nec ignominia uicinũ ſuum.

4 Qui ipſe cõtemptor ſui, & de ſeipſo nihil minus quàm magnificè ſentiẽs alienæ uirtutis eſt admirator: maxĩmi aũt facit eos, qui reuerẽter colunt Dñm,

Domine quis habitabit.

*non facit irritum.*
5 *Pecunia ſua non*
*fœnerauit, & mu=*
*nus ſuper innocētē*
*non accepit: qui fa*
*cit hæc non moue=*
*tur in perpetuum.*

PSAL. XVI.

1 *CVſtodi me de*
Cōſerua me dn̄e. *us, quoniā in*
*te ſpero.*
2 *Confitebor domi*
*no, Dominus meus*
*es tu, bona mea ad*
*te nihil ſunt.*
3 *Totus aliquādo*
*incumbebā ſanctis,*
*& præcipuis qui in terra ſunt.*
4 *Sed cum increbreſcerent incommo-*

firmiſſimè ſtatuit in a-
micia ſemel cū aliquo
inita perſiſtere, nec ꝓ-
poſitum mutabit.
5 Qui pecunia ſua nō
exercuit uſurā, nec mu
nus in perniciē inſon-
tis accepit, q facit hæc
non peribit unquam.

XVI.

1 CVrę ſim tibi o-
mnipotēs deus,
ſpes enim mea
omnis ſita eſt in te.
2 Perſuaſum habes ò
anima mea, & dixiſti
ad dominum, dominus
omnium es tu, quare
ſi quid in me eſt boni,
id tibi uſui non erit.
3 Sed ſanctis, qui de-
gūt in terra, & fide ro-
buſtis, modis omnibus
prodeſſe ſtudebo.
4 Qui multo labore &
ſuperſtitione uictimas

*da eorum retrò ce*
*debant: non libabo*
*ſanguinaria libami*
*na eorū,neq; adſu*
*mam nomina eorū*
*in labia mea.*
5 *Dn̄s autem pars*
*hæreditatis meæ et*
*calix meus: tu ſuſti*
*nes meam ſortem.*
6 *Sors cecidit mihi*
*in pulchra,& hæ=*
*reditas mea placet*
*mihi.*
7 *Gratias ago Do*
*mino quòd me ad=*
*monet: nam & no*
*ctu corrigit me cō=*
*ſcientia mea.*

offerre conabuntur,il-
los mihi illaꝝ uictima
rum ſanguine adeo li-
bare nō iubebo, ut ne
mētionē q̄dē unq̃ am
plius eiuſmodi libami-
nū fieri apud me uelim
5 Dominus enim ipſe
portio eſt & ueluti pa-
trimonium populi qui
partes ſequetur meas,
& calicis mei particeps
fiet:quare tu dn̄e tuta-
beris illos , qui ueluti
ſorte obtigerunt mihi.
6 Funes ceciderunt mi-
hi in locis amœniſſi-
mis, quibus aſſignata
mihi eſt hæreditas tam
ſpecioſa, quàm uel o-
ptare potuiſſem.
7 Laudabo ergo Do
minū, qui in omnibus
à cōſilijs fuit mihi, qu
& noctibus medijs cru
ciebant me renes , &
immiſſæ mihi à domi-
no diuinę cogitatiões.

8 *Suſpicio coram*
*me Dñm iugiter,*
*ad dexterã enĩ mi*
*hi adeſt ne mouear*
9 *Hinc eſt ut gau*
*deat cor meum, ut*
*exultet magnitudo*
*mea, ut deniq; caro*
*mea ſecurè qeſcat.*
10 *Non enim dere*
*linques animã meã*
*ad inferos, nec da-*
*bis ut ſanctus &*
*amatus tuus uideat*
*corruptionem.*
11 *Notã facies mi-*
*hi ſemitam uitæ:*
*exhilarabis me uul*
*tu tuo, lætitia in*

8 Oppoſui ueluti ſco-
pum ante oculos meos
ſemper dominum, qui
quia adeſt mihi ad la-
tus dextrũ, nemo per-
dere poterit me.
9 Ob hanc ergo cau-
ſam gaudio affectũ eſt
cor meũ, & ſerio exul-
tauit, quã tãto honore
dignat⁹ es, anima mea:
corpus quidẽ meum in
ſepulchro iacebit, ſed
nihil dubitabo, quin
excitaturus ſis illud.
10 Scio enim nõ relictu
rum te animam meam
apud inferos, neq; per-
miſſurũ unquã, ut qui
tam inſigniter illã tuã
benignitatem expertus
eſt, ullo modo corru-
ptioni fiat obnoxius.
11 Sed uiã potius oſten
des, qua ad uitam per-
uenire licebit, & ad o-
mnis generis gaudiorũ
copiam ſummam, ad

*dextera tua eſt in*
*perpetuum.*

PSAL. XVII.

1 *EXaudi Domi*
*ne innocentiã*
*meam:attende cla=*
*mori meo, auſculta*
*orationi meæ de la*
*bijs minimè dolo=*
*ſis prodeunti.*
2 *Iudicium meum*
*à te prodeat: oculi*
*tui contemplentur*
*æquitatem.*
3 *Proba cor meũ,*
*explora nocte, in=*
*cende me, & nihil*
*inuenies, ſtatui enĩ*
*ne uerbo quidem tranſgredi.*

cõtemplationem uide-
licet uſq; tui,quæ qui-
buſcunq; cõtingit gau
dijs explebuntur nun-
quam finiendis.

XVII.

1 AVdi dñe iuſtã Exaudi
precationẽ, ac- dñe iuſti-
commoda te ad tiã tuam.
audiẽdũ clamorẽ meũ,
aures prębe precationi
meæ,eſt ẽm ex animo
profecta,et ab omni fu
co quàm alieniſſima.
2 Pronuncia tu in cau
ſa mea,expẽdant oculi
tui,quæ recta ſunt.
3 Pernouiſti enim me,
qui exploratum habes
cor meum,ſcrutatus es
enim illud nocte, quan
do maximè dediti co-
gitationibus eſſe hoĩes
ſolẽt: examinaſti & to
tum me, nec inueniſti
id qđ animo cogitaui,
diſcrepare ab ore meo.

4 *Ab operibus ho*
*minum, & à per=*
*uerſorũ itineribus*
*ego tempero, pro=*
*pter uerbum labio*
*rum tuorum.*
5 *Serua greßus me*
*os, intra orbitas tu*
*as ne intrã ſuerſum*
*abeãt ueſtigia mea.*
6 *Equidem clamo*
*ad te ut ſucurras*
*ò Deus, præbe au=*
*rem tuam mihi, &*
*audi uerba mea.*
7 *Deſtina bonita=*
*tẽ tuã, tu qui dexte*
*tera tua ſeruas ab inſurgẽtibus, fidẽtes.*
8 *Cuſtodi me ſicut oculi pupilla cuſto*

4 Odio eoꝝ quæ paſ-
ſim mala fiunt ab ho-
minibus, præceptionũ
tuarum memor operã
dedi, ut eſſem à mori-
bus ſceleratorũ homi-
num q̃ alieniſſimus.
5 Quare iuua quæſo
conatus meos, & fir-
ma greſſus meos in uijs
illis, quibus itur ad te,
ut non turbentur ueſti
gia mea.
6 Imploraui auxilium
tuũ, certus quòd exau-
diturus eſſes me omni-
potẽs Deus, præbe er-
go aurẽ tuã mihi, ut au
dias preces meas.
7 Aufer miſericordias
tuas ò ſeruator fideliũ
potius ab illis, qui ſeſe
erigunt aduerſus maie
ſtatem tuam.
8 Me autẽ cuſtodi ea

*ditur : ſub umbra alarum tuarũ abſconde me.*

9 *Ab impijs, qui me adfligũt, ab hoſtibus meis, qui animam meam circũuallant.*

10 *Qui opibus ſuis obruũt, & ore ſuo ſuperbè intonant.*

11 *Itinera noſtra obſident, & oculos ſuos ad terram uertunt.*

12 *Similes ſunt leoni prædæ auido, iuueni leoni qui ex occulto inſidiatur.*

diligentia, qua cuſtodiri ſolet pupilla oculi, ſub umbra alarũ tuarũ abſconde me.

9 Et libera me à metu impiorum, qui ſubuertere ſtudent me, & hoſtium, qui ſupplantare conantur me.

10 Qui tam ſunt paſti bene, & obeſi, ut aruina obſtructa uideantur ora illorum, quare & cõtemptim & cũ faſtu de alijs loquentur.

11 Itinera noſtra iam nunc obſederũt, oculis ſuis ſtudioſè obſeruabunt, quo terræ loco expandere, q̃ commodiſſime in noſtrã perniciem poſſint retia ſua.

12 Quiſq; illorũ ſimilis eſt leoni, qui maximo ſtudio inhiat prædæ, & catulo leonis, qui inſidiatur ex locis occultis prętereũti ouiculæ.

*13 Surge Domine,
occupa,& ſupinū
ſterne eū,& redi=
me gladio tuo ani=
mā meā ab impio.
14 Manu tua Domi
ne à mortalibus, à
mortalibus huius
ſeculi,q in hac uita
parte ſua fruūtur:
tu enī de penu tuo
imples uentrē eo=
rū,ut cū filijs ſatu
ri fiant,déinde re=
liquias quoq; īfan
tibus ſuis mittant.
15 Ego autem cum
innocentia comparebo coram te,& ſa=
tiabor cùm adparebit gloria tua.*

13 Exurge domine,an
teuerte illum, & pro-
ſterne illū, animā au-
tem meā libera ab im-
pio,q gladius eſt tuus.
14 Et à uiris, q flagel-
lum ſunt tuum Domi-
ne,à uiris, inquā, qui
ſpem ſuam dum uiuūt
ponūt in diuitijs,quo-
rum uentres ſi imple-
ueris delicijs,& abun-
dare feceris eos libe-
ris,qbus relinquāt mo
riētes diuitias ſuas,be-
ne ſecū actū putabūt,
æternitatis ſecuri.
15 Ego uerò iuſtitię q̄
diuitiarum ſtudioſior,
illā comitē habens,ui-
debo placidiſsimū uul
tū tuū,explebor gau-
dio cū exurrexero, &
apparueris ea mihi for
ma,q̄ ꝓpriè tua eſt.

PSAL. XVIII.

1 Diligã te Dñe robur meũ.

2 Domine tu es præruptũ meum, munimẽtum meũ, & refugiũ meum: Deus meus, & petra mea quo nitar: ſcutum meum, cornu ſalutis meæ, & aſylum meum.

3 Laudibus cũ cano Dñm, ab inimicis meis ſaluus fio.

4 Circundederant me funes mortis, torrentes Belial intumuerant cõtra me.

5 Laquei inferorũ circunuenerant me,

XVIII.

1 Merito amabo te domine, cùm ſis fortitudo mea. Diligã te Domine.

2 Dñs inſtar rupis, & turris ſemp fuit mihi: ſeruator meus, dux meus, & fortitudo mea, quare ſpem oẽm meã collocabo ĩ eo, q ꝓ clypeo fuit mihi, cornu ſalutis, & ipſiſsima mei ꝓtectio ſemp fuit ipſe.

3 Omni laude digniſſimum inuocabo dominum, & ab inimicis meis liber ero.

4 In præſentiſsimis periculis mortis conſtitutus erã, ueluti cinctus uinculis mortiferis, torrẽtes enim diaboli terrebant me.

5 Funes infernales circundederant me, ire-

*mortis tẽdiculæ me*
*anteuerterant.*
6 *At ſic in angu=*
*ſtia cõſtitutus inuo*
*cabã Dñm, & ad*
*Deũ meum clama=*
*bã:exaudiuit ergò*
*de tẽplo ſuo ſancto*
*uocẽ meã, ut pri=*
*mũ clamor me⁹ ad*
*aures eius ꝑuenit.*
7 *Commouebatur*
*ac tremebat tellus,*
*fremebãt montium*
*fundamẽta & con*
*cutiebantur:iraſcebatur enim ille.*
8 *Aſcẽdebat fumus de nare eius,& de*
*ore eius uorans ignis,ita ut de eo carbo*
*nes incenderentur.*

titũ habuerant me re-
tia mortifera.
6 Quotieſcunq; affli
gebar,inuocabã Do-
minũ, & ad Deũ meũ
clamabã, qui & audi-
uit è regio ſuo palatio
uocẽ meã: & clamor
meus in cõſpectum il-
lius peruenit,imò uſq;
ad aures ipſius.
7 Cõmouebat̃ & cõ-
tremiſcebat terra,fun-
damenta montiũ con-
cutiebant̃ quoties ipſe
iraſcebatur eis.
8 Aſcendebat fumus
ab ira ipſius, & ueluti
ignis ab ore illius cun-
cta deuaſtans, carbo-
nes accendebantur ab
ipſo.

9 *Flectebat cœlos*
*ac deſcēdebat: ſub*
*pedibus eius erat*
*caligo.*
10 *Vehebatur autē*
*ſup Cherubim ac*
*uolabat, uolabat ſu*
*per alis uentorū.*
11 *Tenebras circū-*
*ponebat ſibi inſtar*
*tabernaculi, in qui*
*bus lateret, aquas*
*deniq; atras, et nu*
*bes imbrificas.*
12 *De fulgore con*
*ſpectus eius nubes*
*procedebant, grando & ignis radij.*
13 *Tum intonabat ſupernè Dominus,*
*& excelſus uocē ſuā dabat: hic grando*

9 Inclinauit cœlos, &
deſcēdit, & caligo erat
ſub pedibus eius.
10 Et uehebat ipſo Che
rub tāquā uolaſſet, uo
laſſet inquā pēnis, ipſo
uento celerioribus.
11 Fecit tenebras latibu
lū ſuū circū ſe, in mo-
dum tugurij habebat
obſcuriſsimas aquas,
& denſiſsimas nubes.
12 Præ fulgore quo ap
paret iuſtis, denſiſsimę
illæ nubes abeunt ad
hoſtes, unà cum gran-
dine, & ueluti ignitis
carbonibus cum gran
dine permixtis.
13 Excitabat & toni-
tru in cœlo Dominus,
& altiſsimus dedit uo-
cem ſuam, grandinem
uidelicet ignitis car-

*& ignis radij.*
14 *Mittebat ac diſſi*
*pabat ſpicula ſua,*
*fulgura multipli=*
*cabat ac diſijciebat*
*ea.*
15 *Adperiebãtur fõn*
*tiũ uenæ, retegebã*
*tur orbis fundamẽ*
*ta obiurgatiõe tua*
*dñe, reſpiratiõe ac*
*ſtomacho iræ tuæ.*
16 *Manũ ergò mit*
*tebat ex alto, &*
*arripiebat me, atq;*
*extrahebat de aqs*
*uehementibus.*
17 *Eripiebat me de ui hoſtiũ meorũ, &*
*de oſoribus meis, qui me ſuperauerant.*

bonibus permiſſam.
14 Et iaculabatur ſagittas ſuas, quibus diſſipabat eos: fulgura immittebat, quibus terrebat eos.
15 Et uidebantur profundiſsima aquarum receptacula, denudabantur fundamenta orbis experta iram tuam domine, & flatum uenti abs te irato immiſsi.
16 Demittebat è ſummo cœlo, qui me eriperet & extraheret ex illis malorum undis, in quibus uerſabar.
17 Quiq; liberaret ab inimico potente, & ab ijs qui odio me perſequebantur, quamuis multò eſſent robuſtiores me.

18 *Qui me tempo=*
*re aduerſitatis oc=*
*cupauerant : Domi*
*nus autem ferebat*
*auxilium mihi.*
19 *Et educebat me*
*in latum, liberabat*
*me, quoniam elege*
*rat me.*
20 *Reddebat mihi*
*Dominus iuxta in=*
*nocētiam meā, & *
*iuxta mundiciā ma*
*nuum mearum re=*
*tribuebat mihi.*
21 *Obſeruauerā enim uias Domini, neq;*
*defeceram à Deo meo.*
22 *Ante oculos enim teneo cunctas leges*
*eius, & mores eius nō amando à me.*

18 Callidis ſuis cōſilijs
circūuenire incautum
conabātur me tempo-
re afflictionis meæ, ſed
Dominus tempeſtiuè
adfuit mihi adiutor.
19 Et eduxit me ex an
guſtijs ī locū ſpatioſiſ-
ſimū, quia amauit me.
20 Retribuit mihi do-
minus ſecundū purita-
tem meā, ſecundū pu-
ritatē manuum mea-
rum rependit mihi.
21 Quia cuſtodiui uias
domini, nec eò perue-
ni, ut impiè de Domi-
no ſentiens deficerem
à deo meo.
22 Quæ iuſtiſsimè mihi
ab ipſo pręſcripta fue
rāt, uerſabant aſsiduè

23 *Hinc eſt ut equi*
*dem integer ſim er*
*ga ipſum, & me=*
*ipſum cuſtodiam à*
*ſcelere.*
24 *Dominus autem*
*reddat mihi iuxta*
*innocentiã meam,*
*& mundiciam ma*
*nuum mearũ, pro*
*ſua liberalitate.*
25 *Erga ſanctum*
*ſanctus es, & erga*
*hominem integrũ*
*integer.*
26 *Erga electum*
*electus es, & er=*
*ga peruerſum peruerſus.*
27 *Tu enim populum humilẽ ſaluas, &*

ob oculos meos,et mã
data illius nunquã re-
puli à me tanquam pa
tere nollem illis.
23 Certè ſimpliciter &
purè uerſabar coram
illo, & ſollicitè caui,
ne impietate mea of-
fenderem illum.
24 Quare & retribuit
Dominus mihi pro iu
ſtitia mea, & pro pu-
ritate manuũ mearũ,
quæ nota erat illi.
25 Cũ candido eẽ can
didè geres te,& cũ ꝓ-
bo uiro probiſsimè.
26 Viro gratioſo gra-
tioſiſsimum exhibebis
te, econtrario uerò cũ
improbo te geres,quẽ-
admodum illius mere-
tur improbitas.
27 Tu enim populum
humilem ſalute dona-

*ſupercilium faſtuo*
*ſorum humilias.*
28 *Tu illuminas lu*
*cernam meã, Do=*
*mine Deus meus,*
*tu illuſtras tene=*
*bras meas.*
29 *Te duce, cuneos*
*perrũpo, ĩ te Deo*
*meo murũ trãſilio.*
30 *Dei uia immacu*
*lata eſt, Domini e=*
*loquium repurga=*
*tũ: ille ſcutum eſt*
*omnium in ſe ſpe=*
*rantium.*
31 *Quis enim eſt Deus præter Dominũ?*
*aut qs omnipotens præter Deũ noſtrũ?*
32 *Deus eſt qui me accingit fortitudine,*

bis, oculos uerò ſuper-
bos humiliabis.
28 Tu lucidam feciſti
lucernam meam Do-
mine, deus meus illu-
ſtrauit, quæ obſcurata
fuerant in me.
29 Quare adiuuãte te
rumpam aciem quan-
tumuis inſtructam, &
auxilio Dei mei trãſi
liam murum.
30 Ipſe Deus integerri
mus eſt in oĩbus opi-
bus ſuis, ſermo Dñi ab
oĩ fuco alieniſsimus,
inſtar clypei ipſe eſt
oĩbus qui fidunt illi.
31 Quis enim Deus præ
ter Dominum, & quis
fortis præter Deũ no-
ſtrum?
32 Ipſe eſt ille Deus, q
cinxit me undiq; ro-

*& uiam meam in-*
*tegram ſeruat.*
33 *Qui meos, cer*
*uorum pedibus pa*
*res facit, & in edi*
*tum conſtituit me.*
34 *Qui inſtruit ma*
*nus meas ad pu-*
*gnam, & brachia*
*mea ut arcus æne-*
*os confringam.*
35 *Tu protẽdis mi*
*hi ſalutarem cly-*
*peum tuum, dexte*
*ra tua ſuſtẽtas me,*
*et familiaritate tua*
*auges me.*

bore, & fecit ut incõta
minata eſſet uita mea.
33 Ipſe fecit ut pedes
mei non minus eſſent
ueloces, quàm ſint cer
uorũ, & quoties opus
fuit, ueluti in editis lo
cis, ubi tutò mihi eſſe
licebat, collocauit me.
34 Docuit manus meas
arma tractare, ſic ut
frãgere potuerim bra-
chijs meis arcum etiã
ferreum.
35 Dediſti mihi clypeũ,
quo ſeruatus benefi-
cio tuo ſum, dextera
tua ſtabiliuit me, &
benignitas tua poten-
tem fecit me.
36 Aperuiſti mihi uiã,
qua tutò gradi poſ-
ſem, quare nunquàm
uacillauerunt pedes
mei.

36 *Dilatas iter meum ſub me, ne laban-*
*tur tali mei.*

37 *Perſequor hoſtes meos et aſſequor, neq; redeo donec toti conſumantur.*

38 *Cōcido eos quo minus reſurgere poßint, cadunt ſub pedes meos.*

39 *Tu accingis me fortitudine ad prælium, & proſternis ſub me qui in me inſurgunt.*

40 *Tu præbes mihi iugulum hoſtiū meorum, & inimicos meos dißipas.*

41 *Inuocant, ſed nemo exaudit, ad Dominum quoq;, ſed non fert eis opem.*

37 Perſequar inimicos meos, donec comprehendero illos, nec reuertar, niſi deletis illis.

38 Sic uulnerabo eos, ut ſubſiſtere non poſſint, corruent ſubtus pedes meos.

39 Tu enim undique cinxiſti me robore, & gerendis bellis idoneū feciſti me, proſternebas enim quotquot inſurgere conabantur aduerſum me.

40 Effeciſti ut inimici uerterint terga mihi, & odio habentes me ſubuerterint.

41 Clamabant, nec quiſquam liberabat eos, etiam ad Dominum, ſed non exaudiebat eos.

42 *Et cõminuo eos*
*tanquam puluerem*
*qui uento rapitur,*
*& cõtemptos red*
*do ſicut lutum in*
*plateis.*
43 *Tu eripis me de*
*contentionibus po*
*puli, conſtituis me*
*caput gentium:po*
*puli quos non no=*
*ui,ſeruiunt mihi.*
44 *Ad primũ audi=*
*tum auris obtempe*
*rant mihi,noti uerò deficiunt à me.*
45 *Notis pertæſum eſt, & declinant à*
*conſueta ſemita ſua.*
46 *Viuat Dominus, & benedictus ſit*
*qui eſt petra mea, altus uehatur Deus*

42 Diſpergebã eos nõ
aliter quàm puluerem
uentus ſolet, & tanq̃
lutũ platearum cõmi-
nuebam eos.
43 Liberabis me à rixis
ꝓ iniurijs populi,cõſti
tues me caput gentiũ,
populus quem nõ co-
gnoui ſeruiet mihi.
44 Solo auditu obſeq̃n
tes fiẽt mihi,deſertores
uerò mẽtientur mihi.
45 Deſertores ſemper
in metu erũt, & abdẽt
ſeſe in latibulis ſuis.
46 Viuit Dominus,
& omni eſt laude ma-
ior, qui ſemper inſtar
rupis fuit mihi, & ex-
altabitur Deus au-

*qui eſt ſalus mea.*
*47 Deus qui mihi ul*
*tionem ſumere do*
*nat, & ſubijcit mi*
*hi populos.*
*48 Eripit me ab ho=*
*ſte, ſuperiorẽ facit*
*me his q̄ inſurgunt*
*in me, & de quouis*
*malo liberat me.*
*49 Propterea canã*
*te inter gentes Do*
*mine, & nomini*
*tuo pſallam.*
*50 Qui regẽ tuum*
*ſalute multa ditas,*
*beneficijs proſequeris unctum tuum Da*
*uid, & ſemen eius uſq; in perpetuum.*

tor ſalutis meæ.
47 Ipſe eſt Deus, qui
poteſtatem tribuit mi-
hi ulciſcendi me, & ſo-
lis uerbis ſubiecit popu
los mihi.
48 Ipſe eſt, qui liberat
me ab inimicis meis, et
tu domine ſuperiorem
me facies omnibus qui
īſurgũt aduerſum me,
& cõtra uirum iniquũ
tutaberis me.
49 Quare gratias agam
tibi pro gentibus quas
ſubieciſti mihi dñe, &
nomen tuũ cantabo.
50 Qui auges in immen
ſum ſalutifera dona re
gi tuo, & benignitatẽ
tuam oſtendes Chriſto
tuo Dauid, & ſemini
eius perpetuò.

XIX.

PSAL. XIX.

Cœli enarrant gloriam dei.

1 *OMnipotentiā*
*Dei narrant*
*& exponunt, cum*
*cœli ipſi, tum fir=*
*mamentū, opus ma*
*nuum illius.*
2 *Dies quiſq; idē*
*prædicat, idem in=*
*ſinuant, ut ſciatur,*
*ſingulæ noctes.*
3 *Non eſt ſermo,*
*aut lingua, ubi non*
*audiatur horum o=*
*mnium uox.*
4 *In omnem ter=*
*ram exit oratio eo*
*rum, & uerba eo=*
*rum ad terminos*
*orbis.*

1 IPſi cœli cōmemo-
rant gloriā Dei, &
q̄ꝫ potente uſus ſit
manu in cōdendis ope
ribus ſuis, palàm facit
tam uaſtus cœlorum
ambitus.
2 Dies unus indicat
ſubſecuturū alterū, &
nox una docebit nos
cognoſcere aliā: perpe-
tua enim uiciſſitudine
mutuò ſuccedunt.
3 Nullum eſt idioma,
nec ulli ſermones, qui-
bus audita nō ſit uox
illorꝫ: nullus eſt enim
uſq; populus tam Bar
barus, ad quē horꝫ no-
titia non peruenerit.
4 Vniuerſam terrā ꝑua
gata eſt doctrina eorꝫ,
et uſq; ad extremos or
bis fines ꝑuenerūt præ
dicationes illorꝫ: ipſi ſo
li aptauit dn̄s habita-
culum in eis, & impe-
rium dedit in eos.

5 Soli poſuit in eis tabernaculū, è quo uelut ſponſus è thalamo ſuo procedit, & uelut gigas geſtit ad percurrendum iter.

6 A termino cœlorum egreditur uno, & ad alterū terminū eorū contendit, & nemo eſt qui ſe à calore eius abſcondat.

7 Sic lex Domini perfecta eſt, reſtituit mentem: teſtimonium Domini uerax, ſapientiam docens pueros.

8 Caſtigationes, ſiue mulctæ Domini

5 Eſtq́ perſimilis ſol ipſe ſponſo, qui exurgens egreditur de thalamo ſuo, geſtiens tanquam uir ſtrenuus abſoluere curſum ſuum.

6 Ab altero cœlorum extremo curſum inſtituet, & longo tractu ad alterum uſq́ extremū perueniet, nec quiſquam expers erit caloris eius.

7 Lex Domini pura auocat à malo, pactū Domini fidele ſapientem facit eum, qui fuerat imperitus antea.

8 Mandata Domini æqua exhilarant animum: præceptum Domini purum illuminat oculos.

*æquè ſunt, cor ex=*
*hilarantes: præce=*
*ptũ dñi purũ eſt, et*
*oculos illuminat.*
9 *Timor Dñi mũ*
*dus & firmus in*
*perpetuũ, iudicia*
*dñi ſimul æqua &*
*iuſta ſunt.*
10 *Delicatiora quàm*
*aurũ uel obrizum*
*immenſum, & dul*
*ciora quàm aut mel*
*aut fauus.*
11 *Quæ, qui ſeruus*
*tuus eſt, cuſtodit, ĩ*
*illorũ enim obſeruãtia multa merces eſt.*
12 *Quis aduertit animũ ad errores? ab*
*his ergo quæ me latent abſolue me.*

9 Reuerẽtia quæ debe-
tur domino, quia mun
da eſt, perpetuò dura-
bit: iudicia domini ipſa
ſunt ueritas, & modis
omnibus æquiſsima.
10 Amabilia ſunt ipſa
magis quàm aurum:
etiam ſi puriſsimũ ſit
et plurimũ, et ſuauiora
ſunt melle & fauo mel
lis dulciſsimo.
11 Certè ſeruus tuus do
cetur per ea, & quicun
que ſecundum illa ui-
xerit, mercedem aſſe-
quetur magnificam.
12 Quæ errore cõmitti-
mus tam ſunt multa,
ut ne deprehẽdere qui-
dem quiſq; poſsit om-
nia: quare ab eiuſmo-
di, quæ latẽter irrepũt,
munda quæſo me.

13 *Tum ab his quo-que quæ p audaciā admiſi, quo minus me ſibi ſubigāt: ſic enim purgabor et abſoluar ab ingēti tranſgreſsione.*

14 *Placeant oro uerba oris mei, & meditatio cordis mei tibi ô Domine petra mea, & redemptor meus.*

PSAL. XX.

1 *EXaudiet te Dominus in articulo anguſtiæ: proteget te maieſtas Dei Iaacob.*

2 *Mittet tibi auxilium de ſancto, & de Zion tuebitur te.*

13 Præcipue autem à ſuperbia & faſtu auoca me, ne dominentur in me, quod ſi feceris, mundus ero, & à ſcelere alienus.

14 Sint quæſo grata tibi uerba hæc oris mei, & gratus ſit animi mei affectus in te domine, qui Deus es meus, & redemptor meus.

XX.

1 EXaudiet te dominus tēpore tribulationis: ſuppetias feret tibi maieſtas Dei Iacob.

Exaudiat te do minus.

2 Immittet robur tibi è loco ſancto, & ex Sion ſtabiliet te.

3 *Memor erit oīs*
*ſacrificij tui, & ho*
*locauſtū tuū per=*
*litabit.* סלה
4 *Dabit tibi iuxta*
*cor tuū, & omne*
*conſiliū tuum per*
*ficiet.*
5 *Exultabimus ſu=*
*per ſalute tua, &*
*maieſtati Dei no=*
*ſtri magnificè gra*
*tulabimur : perfi=*
*ciet enim Dn̄s oēs*
*petitiones tuas.*
6 *Nunc ſcio quòd*
*ſaluum faciet Dominus unctū ſuum: do=*
*minus opem feret ei de cœlo ſuo ſancto,*
*uirtute ſalutaris dexteræ ſuæ.*

3 In memoria habe-
bit quæcunq; obtuli-
ſti unquam illi ſacrifi-
cia, & oblationes tuas
qualeſcunq; pro pin-
guiſsimis habebit. Pro
cul dubio.
4 Dabit tibi quicquid
deſiderabit cor tuum,
omnia conſilia tua cō-
plebit.
5 Exultabimus ob ſa-
lutē quā attuliſti nobis
certè oīpotētia dei no
ſtri magni erimus : da-
bit dn̄s tibi quicūq; co
lueris illū, quantū deſi
derare poteris ab eo.
6 Nunc experientia di
dici, quòd ſeruauerit
dominus Chriſtū ſuū,
quodq; exaudierit illū
è cœlo, quod ſanctiſsi
ma maieſtas illius inhu

7 *Alij curribus, alij equis fidũt: nos aũt nõis* Dñi Dei *noſtri recordabimur.*

8 *Iſti ſupini cadẽt, nos autẽ ſurgemus & erecti ſtabimus.*

9 *Serua* Dñe, *fer nobis auxilium ô rex quũ inuocabimus.*

PSAL. XXI.

1 D*Omine in fortitudine tua rex ut lætatur? & ĩ ſalute tua ut exultat præter modũ?*

2 *Deſideriũ cordis dediſti ei, & petita labiorum eius non*

bitat, & ſalutiferis omnipotentiæ ſuæ uiribus ſuccurrerit illi.

7 Quidam ſe multitudine curruũ ſuperaturos ſperant, alij multitudine equorum: nos uerò freti auxilio Dei noſtri, magna deſignabimus & memorabilia.

8 Illi uiribus deſtituti ſunt, & corruerũt: nos uerò perſiſtimus, & cõfortati ſumus.

9 Dominus ſeruabit ipſum regem: & nos quoq; exaudiet quotieſcunq; implorauerimus auxilium illius.

XXI.

1 DOmine ꝓpter robur immiſſum gaudet rex: & quia tu autor illi uictoriæ fuiſti, exultat ſeriò.

Domine in uirtute tua lætabitur rex

2 Effeciſti illũ uoti cõpotem: & quicquid te

*negauiſti.* סלה
3 *Nam bonorũ li=*
*beralitate etiã præ*
*uertiſti eum, & ca*
*piti eius auream co*
*ronam impoſuiſti.*
4 *Vitam petijt à*
*te, & dediſti ei lon*
*gæuam ætatem, in*
*ſempiternũ & ul=*
*tra.*
5 *Immẽſa eſt glo=*
*ria eius, ſed p tuã*
*opitulationẽ, ho=*
*norẽ & ſplendorẽ*
*poſuiſti ſuper eũ.*
6 *Sed & perpetua felicitate donabis*
*eum, lætificabis eum lætitia uultus tui.*
7 *Rex enim ſperat in Dominum, & in*

rogauit, non illi nega-
ſti. Ita res habet.
3 Vltro anteuertiſti il-
lum muneribus opti-
mis: impoſuiſti capiti
illius coronam ex au-
ro puriſsimo.
4 Vitam petijt abs te,
quã & dediſti illi, nul-
lo unquam tempore
finiendam.
5 Summum, beneficio
tuo aſſecutus eſt bonũ
gloria & honore cumu
latiſsimũ reddidiſti eũ.
6 Efficies ne munificen
tiæ tuæ expers fiat un
quam, gaudio exple-
bis eum ubi gratioſiſ-
ſimo uultu tuo exhila
raueris eum.
7 Ipſe enim rex om-
nem ſpem ſuam collo-
cat in te, quare beni-

*altiſsimi bonitatē, hinc fit ut labi non poſsit.*

8 *Sentiant manum tuam omnes hoſtes tui, experiantur dexteram tuam inimici tui.*

9 *Incende eos uelut clibanū in tempore indignationis tuæ: domine in ira tua deglutiat ac deuoret eos ignis.*

10 *Germen eorum de terra perde, & ſemen eorum ex hominum numero.*

11 *Quoniam moliuntur aduerſum te malum, cogitant facinus quod non poſsunt*

gnitas tua, ô altiſsime, nunquam interire ſinet illum.

8 Aſſequetur manus tua, ô rex, uniuerſos inimicos tuos, & dextera tua aſſequetur eos, qui odio perſequuntur te.

9 Aeſtuare facies eos tanquam furnū incenſum, quo tempore iratum te illis oſtendens Domine, ira tua diſsipabis eos, & uorabit eos ignis.

10 Fructum omnem eorum ſic è terra euelles, ut nihil remaneat ſeminis eorum inter homines.

11 Conati ſunt enim crimen tibi impingere, idque magno ſtu-

12 *Sed tu in fugam conuertes eos, & neruo tuo ĩ uultus eorum collimabis.*

13 *Euehere Domine cum fortitudine tua, ut canamus & celebremus potentiam tuam.*

PSAL. XXII.

Deus deus meus reſpice in me quare me dereliquiſti.

1 *DEus meus deus meus, cur me dereliqſti? aliena sũt à ſalute uerba eiulatus mei.*

2 *Inuoco tota die ô Deus meus, ueruntamen non exaudis, quin & tota nocte non taceo.*

dio, ſed perficere non potuerunt.

12 Quare ſepones eos ab alijs, & facies eorũ tanquã ſcopum ſagittis tuis aſsiduè petes.

13 Oſtende Domine quantus ſis, & uiribus quantum ualeas, ut occaſionem habeamus cantandi, & pſalmis celebrandi omnipotẽtiam tuam.

XXII.

1 DEus meus, Deus meus, cur deſeruiſti me? uideor nõ impetraturus, quamuis id magnis agam clamoribus, liberationem.

2 Mi Deus clamabo per diem, ſed non reſpondebis, & per noctem, abſq; ulla intermiſsione.

3 *Tu uerò qui in*
*ſancto habitas, ô*
*gloria Iſraël,*
4 *Spes patrum no*
*ſtrorum fuiſti: in te*
*ſperabant, & libe*
*rabas eos.*
5 *Ad te clamabant*
*& eripiebãtur, in*
*te fidebant, & nõ*
*confundebantur.*
6 *Ego autem uer=*
*mis factus & non*
*amplius homo sũ,*
*fabula hominũ, &*
*contumelia uulgi.*
7 *Omnes qui me ui*
*dent contemnunt,*
*retorquent labia,*

3 Interim tu ô ſanctiſ-
ſime, ueluti ſecurus ho
rum quæ patior, deſi-
dere uideris, qui ſuc-
curriſti toties, & ma-
teria fuiſti carminum
ipſi Iſraeli, quibus gra
tias tibi pro benefi-
cijs agebant.
4 Spem ſuam ponere
in te ſolebant patres
noſtri, & quoties id fa
ciebant, tu liberabas
eos.
5 Quoties ad te cla-
mauerũt liberati ſunt,
quoties ſeſe tibi credi-
derũt, pudore nõ ſunt
ſuffuſi.
6 Ego uerò uermis
eſſe uideor magis quã
uir, ſterquilinium A-
dæ, & infimæ plebis
fex.
7 Quotquot uide-
bant me ſubſannabãt
me, conuitiabantur, et
moto capite irridentes

*& capite nutant,*
dicentes:
8 *Dominum ſuſpe*
*xit, is redimat cũ,*
*liberet eum, ſi qui=*
*dem amat eum.*
9 *Tu uerò excepi*
*ſti me ab utero pro*
*deuntem, & ſpes*
*fuiſti mihi ad ube=*
*ra matris meæ.*
10 *In te coniectus*
*ſum à partu, tu iã*
*inde à materno ute*
*ro Deus meus es.*
11 *Ne ergo abeas*
*à me dum anguſtia appropinquat: ne=*
*minem enim habeo qui opem ferat.*
12 *Circundant me tauri mu... , tauri pin*

inſultabant mihi.
8 Gloriari ſolet hic, in-
quiens, charum ſe eſſe
Domino: liberet ergò
nunc eum, ſi tãtoperè
amat eum.
9 Te procurante pro
dij ex utero, & bene
ſperare iuſsiſti me, quũ
adhuc ſugerem ubera
matris meæ.
10 Opa tua eiectus ſum
è uulua, & curę tuæ re
lictus, quũ eſſem adhuc
in utero matris meæ,
deus eras mihi tu.
11 Ne procul igitur ab-
ſceſſeris à me, quia pe-
riculum præſentiſsimũ
eſt, nec quenquam ui-
deo qui auxilio futu-
rus ſit.
12 Cinxerunt me tauri

*gues cingunt me.*
13 *Hiant ſup me ore*
*ſuo, ſicut leo diſcer*
*pens & rugiens.*
14 *Ego uerò ſicut*
*aqua effuſus ſum,*
*diſſociantur oſſa*
*mea, cor meum in*
*medio uentre meo*
*ſimile eſt liquenti*
*ceræ.*
15 *Exaruit inſtar te*
*ſtæ robur meũ, lin=*
*gua mea faucibus*
*adhæreſcit, & ad*
*mortuorum pulue*
*rem redegiſti me.*

multi, fortes & uelut
ſaginati in paſcuis Ba
ſan circũdederunt me.
13 Aperuerunt aduer
ſum me os ſuum: non
aliter quàm leo inhiãs
prædæ & præ fame ru
giens.
14 Tanquam aqua flui
dus factus ſum, & ſolu
ta ſunt omnia mẽbra
mea, cor meum ueluti
cęra diffluxit ĩtra prę-
cordia mea.
15 Exaruit tanquã te-
ſta omne robur meũ,
& lingua mea agglutí-
nata eſt palato meo: &
tandẽ in puluere, quẽ-
admodum mortui ſo-
lent, ſepelies me.
16 Circũdederunt nãq;
me canes, conſpiraue-
runt aduerſum me peſ-
ſimi quique, foderunt

16 *Sed et canes circũdant me, cõciliũ peßi*
*morum frangit manus, & pedes meos*

*inſtar leonis.*
17 *Omnia oſſa mea*
*dinumerantem me*
*inſpiciunt & con=*
*templantur.*
18 *Diuidunt inter ſe*
*ueſtem meã, & ſu*
*per indumentũ me*
*um ſortem iaciunt.*
19 *Tu ergo dñe ne*
*moreris, tu robur*
*meum ad auxilian=*
*dum mihi feſtina.*
20 *Libera à gladio*
*animã meã, & uni*
*cã meã à canibus.*
21 *Salua me de ri=*
*ctu leonis, & de*
*cornibus unicornium exaudi me.*

manus meas & pedes
meos.
17 Tractatus ſum ab
eis tam inhumaniter,
ut numerare potuerim
facilè omnia oſſa mea:
ipſi adhuc poſt omnẽ
cruciatum toruè aſpi-
ciebant & contempla-
bantur me.
18 Partiebantur ueſtes
meas, & de tunica mea
ſortiebantur.
19 Quare tu quæſo do
mine ne longè abſceſ-
ſeris hin::quin potius,
quũ ſis fortitudo mea,
ferre mihi ſuppetias fe-
ſtina.
20 Eripe à gladio ani
mam meam, & à uio-
lentia canis unicã meã
omni humano auxilio
deſtitutam.
21 Salua me ab ore leo
nis: & è cornibus uni-
cornium eripe me.

22 *Et memorabo*
*maieſtatē tuam fra*
*tribus meis, in ipſa*
*eccleſia collauda=*
*bo te.*
23 *Qui timetis dñm*
*laudate illum: tu o=*
*mne ſemen Iaacob*
*magnifica eũ, reue*
*rēre ipſum omne*
*ſemen Iſraël.*
24 *Non enim ſper=*
*nit aut auerſatur*
*humilitatem adfli=*
*cti, neque occultat*
*uultum ſuũ ab eo:*
*ſed dum clamat ad eum, exaudit.*
25 *De te laudem prædicabo coram tota*
*eccleſia, & uota mea coram timentibus*

22 Cõmemorabo maie
ſtatem nominis tui fra
tribus meis, in frequen
tiſſima populi turba
laudes tuas prędicabo.
23 Quotquot eſtis culto
res domini, laudate eũ:
uniuerſi poſteri Iacob
magnifacite eũ, & reue
renter colite illũ omnes
poſteri Iſraelis.
24 Quia non deſpexit,
neq; uilipendit ob mi-
ſeriam pauperē, neq;
auertit contemptim fa
ciem ſuam ab eo: quin
potius quum pauper
clamaret ad illum, dili
genter auſcultauit.
25 Te laudabo carmi-
nibus meis publicè in
frequentia populi, &
quæ uoui perſoluā ui-

*te perſoluam.*
26 *Comedent hu-*
*miles & ſaturabũ-*
*tur, laudabunt* Do
*minum & inqui-*
*rent eum:uiuat ani*
*ma eorum in per-*
*petuum.*
27 *Cõuertentur ad*
D*ominum, ac cele*
*brabunt omnes ter*
*mini terræ, & ad-*
*orabunt coram eo*
*uniuerſæ cognatio*
*nes gentium.*
28 *Regnum enim*
*gentium* D*omini erit, & imperabit eis.*
29 *Comedẽt & diuites omnes terræ,atq;*
*adorabunt, genua coram eo flectent,*

dentibus illis qui reue-
rentur te.
26 Comedent pauperes
& ſaturabuntur,lauda
bunt dñm quicũq; ſtu
dent placere illi,uiuent
corda ueſtra quotquot
eſtis tales perpetuò.
27 Cõſiderabunt hæc,
& conuertentur ad do
minum cuncti fines ter
ræ,& ſupplices fient ti
bi Domine uniuerſæ
nationes gentium.
28 Dñi enim eſt poteſtas
regia,& imperium ha-
bet etiam in gentes.
29 Comederunt,& quũ
guſtaſſent ſpiritalia do
mini dona, ſupplices
facti ſunt potentiſſimi
quiq; eorum qui terrã
inhabitant,& in uene-
rationem illius genua

omnesq; ad puluerem deſcēdent, aut non uiuet anima eorum.

30 Hoc ſemen ſeruiet ei, & laudem Domino canet in ſempiternum.

31 Venient & narrabunt iuſtitiam eius, naſcituræ genti quam Dominus creabit.

PSAL. XXIII.

1 Dominus paſcit me, hinc eſt ut nullius egeā.

2 In ſpecioſa paſcua collo cat me, & ad tranquillas aquas ducit.

fleſtent, etiam mortui omnes in terra ſepulti, quia propriam uitam non eſt dedignatus impendere pro illis.

30 Poſteri noſtri colēt eum, ſcribentur hæc de domino, ut poſteri intelligant.

31 Vt & illi ueniant, & annuncient populo qui ab ipſis naſcetur, quòd hæc fecerit tam ſtupenda dominus.

XXIII.

1 Dominus paſcet me, quare nullius egere potero. Dn̄s regit me, & nihil.

2 In paſcuis amœniſſimis recubare faciet me, et iuxta aquas leniter fluentes enutriet me.

3 Animam meã re
ſicit, dirigit me in
itinere iuſtitiæ pro
pter nomen ſuum.
4 Nam & ſi aber
rauero ad uallẽ um
bræ mortalis, mali
nihil metuo, q̃a tu
mecum es, deinde
uirga tua & pedũ
tuum ſolantur me.
5 Adornas mihi
menſam, in conſpe
ctu aduerſariorum
meorum, unguẽto
imbuis caput me-
um, & calicem meum imples.
6 Proſequitur igitur me bonitas & be
nignitas tua per omnem uitam, ut habi-

3 Animum reddet mi
hi, exercebit nanq; me
in uijs iuſtitiæ, quo-
niam ita placitum eſt
illi.
4 Etiam ſi eundum mi
hi ſit per uallem tam
opacam, ut umbra il-
lius undiq; mortẽ mi-
nitetur, nihil metuam:
ſi quidẽ tu ades mihi:
uirga enim tua & pe-
dum paſtorale tuum à
metu liberabunt me.
5 Inſtrues in cõſpectu
meo mẽſam è regione
perſecutorũ meorum,
ut uideant & doleant,
unxiſti unguento ca-
put meum, & poculũ
meum ad ſummũ uſq;
impleuiſti.
6 Certò certius beni-
gnitas tua, & miſeri-

*tem domi tuæ in perpetuum.*

PSAL. XXIIII.

1 *DOmini eſt terra, et quidqd in ea eſt, orbis, & habitatores eius.*

2 *Ille enim ſuper mare fundauit eã, & ſuper flumina conſtituit eam.*

3 *Quis ergo aſcendat in montẽ Dñi? aut qs permaneat in loco eius ſancto?*

4 *Qui innoxius eſt manibus, & mundo corde: qui non eleuat mentẽ ſuam*

cordia comitabuntur me per omnem uitam meam: quare tandem inhabitabo domũ domini diebus nunquam finiendis.

XXIIII.

1 A Domino eſt terra, & illa rerum omnium copia qua terra plena eſt, orbis inquam terrarum ab eo eſt, & quicquid uſquam hominum orbem inhabitat. Dñi eſt terra, & plenitud.

2 Ipſe enim ſupra maria firmiſſime ſtabilitã extare fecit eam, & fluminibus elegantiſſimè diſtinxit eam.

3 Quis aſcẽdet in montem domini, & cui permanere cõtinget in loco illo, quem tam auguſtum inhabitat ſanctitas illius?

4 Qui puris eſt mani-

*ad uanas ſpes, nec*
*doloſè iurat.*
5 *Hic auferet libe*
*ralitatem à Dño,*
*& iuſtitiam à Deo*
*ſaluatore ſuo.*
6 *Hæc eſt genera*
*tio adquirentium*
*eũ: Iaacob eſt qui*
*inuenit uultũ tu=*
*um.* סלה
7 *Reſerate ò prin*
*cipes portas ue=*
*ſtras, & adperian=*
*tur portæ ſempi=*
*ternæ, ut introëat*
*rex magnus.*

bus, & candido pecto-
re, qui non iurauit, ſine
cauſa per animã meã,
inquit Dominus, neq;
fallere quenquam per-
iurio tentauit.
5 Qui accipiet benedi
ctionem ab ipſo domi-
no: & iuſtitiam à deo
autore ſalutis ipſius.
6 Hoc eſt genus illud
hominum, qui quærũt
illum, & participes fie-
ri cupiunt boni tibi à
Deo promiſſi ò Ia-
cob. Ita res habet.
7 Leuate uos portæ ca
pita ueſtra, & tollami-
ni ianuæ, quæ ab æter
no fuiſtis clauſę: ingreſ
ſurus eſt enim per uos
inclytus ille rex.
8 Quiſnam eſt rex ille
inclytus? Dominus for
tis, & potẽs, Dominus
ualens in prælio.

8 *Quis eſt rex iſte magnus? Dñs fortis*
*& potens, Dominus robuſtus bellator.*

9 *Reſerate ô prin=*
*cipes portas ue=*
*ſtras, & adperian=*
*tur portæ ſempi=*
*ternæ, ut introëat*
*rex magnus.*
10 *Quis eſt rex iſte*
*magnus? Dñs exer*
*cituum eſt rex ille*
*magnus.* סלה

PSAL. XXV.

1 *AD te ô Domi*
*ne mentẽ me*
*am eleuo.*
2 *In te ô deus meus*
*confido, nõ erube=*
*ſcam obſecro, neq;*
*inſultent mihi hoſtes mei.*
3 *Omnes enim qui in te fidũt nõ pude=*

9 Auferte uos portæ
uectes ueſtros, ut pa-
teant ianuæ ab æter-
no clauſæ: ingreſſurus
eſt enim per uos rex il-
le inclytus.
10 Quis hic eſt inclytus
ille rex? Dominus im-
perator cœleſtium ex-
ercituum, ille hic rex
eſt ſumma maieſtate
conſpicuus. Ita res
habet.

XXV.

1 AD te Domine
animam meam
erigam.
2 Mi deus totum me
tibi concredidi, quare
nunquã pudefiam ſpe
mea fruſtratus, nec cau
ſam exultãdi habebũt
hoſtes mei, tanquã ui-
ctus fuerim ab eis.
3 Quotquot enim expe
ctant auxilium abs te,

Ad te do
mine le-
uaui ani-
mam.

*fiunt, ſed pude=*
*fiunt uani præuari*
*catores.*
4 *Vias tuas Dñe*
*oſtēde mihi, et ſemi*
*tas tuas doce me.*
5 *Induc & doce*
*me ueritatē tuam,*
*quoniā tu es Deus*
*& ſalus mea, in te*
*ſpero omni tp̄e.*
6 *Memor ſis miſe*
*ricordiæ & boni=*
*tatis tuæ, quibus ab*
*æterno úteris.*
7 *At ſcelerum ac*
*delictorum iuuen=*
*tutis meæ ne ſis me*
*mor, ſed pro tua*

non deſtituētur expe-
ctatione ſua: fruſtrabū
tur autem ſpe ſua ſcele
rati, qui ſine cauſa pſe
quuntur me.
4 Vias quibus itur ad
te fac noſcā, & ſemi-
tas tuas doce me.
5 Guberna me bona
fide, qua facere ſoles
omnia, & doce me: tu
es enim ille Deus, qui
ſalutis autor eſſe ſoles
mihi, quare nihil deſpe
rans multo tēpore ex-
pectaui, ut & nunc mi
hi ſuccurras tu.
6 Reuoca in memo-
riam domine clemen-
tiam & benignitatem
tuam: quibus ſeculis
ſupioribus tā liberali-
ter uſus es erga tuos.
7 Peccatorum quæ
deſignaui adoleſcens
& delictorū quæ ſub-
ſecuta ſunt, ne memor
eſſe uelis, ſed pro tua

*benignitate memẽ-
to mei, & pro bo-
nitate tua Domine.*

8 *Bonus & æquus
eſt Dominus, ideo
reducit peccatores
in uiam.*

9 *Ducit humiles
quomodo oportet
cũ iudicio, & ad-
flictos docet uiam
ſuam.*

10 *Omnes uiæ Do
mini ſunt gratia et
fides, his qui ſer-
uant teſtamentum
& fœdus eius.*

clemẽtia tracta me tu,
qui natura benignus
es domine.

8 Benignus & inte-
ger eſt dominus, qua-
re non dedignabit̃ do-
cere uel ipſos peccato-
res, quo pacto uiuere
illos hic oporteat.

9 Docebit optima ra
tione, quo pacto uiue-
re moleſtos uelit, & do
cebit quæ per illos fie-
ri cupiat.

10 Quæcunq; facit do
minus, miſericordiæ
& fidei eſſe plenißima
cõſtat ijs, qui recipiũt
pactũ & admonitio-
nes illius.

11 Propter temet-
ipſum domine remit-
te precor iniquitatem
meam, quanuis pluri-
mam.

11 *Propter nomen tuum Dñe propicius
ſis peccato meo, Dñe, quia magnũ eſt.*

12 *Quiſquis Domi*
*num timet, eum di*
*rigit in uia quæ*
*ſibi eſt grata.*
13 *Anima eius bo=*
*nis fruitur, & po=*
*ſteritas eius terrã*
*poßidebit.*
14 *Dominus docet*
*ſecretum ac fœ=*
*dus ſuum eos qui*
*ſe timent.*
15 *Oculi mei perpe*
*tuò ad Dominum*
*intenti ſunt, ille e=*
*nim explicat è reti*
*pedes meos.*

12 Quàm eſt felix ille
uir qui reuereť dñm,
docebit quo pacto illũ
uiuere oporteat, ut
charus fiat Deo.
13 Anima illius feliciſ-
ſimè in bonis uerſabi-
tur, & ſemen illius ue-
luti hæreditario iure
poßidebit terram.
14 Secretorũ ſuorum
participes faciet domi-
nus eos, qui reuerен-
ter colunt illum, & iu-
xta pactum quod iniit
cum eis, diligẽter ipſe
docebit eos.
15 Oculi mei aßiduè
obſeruant Deum, ut
ipſe liberet à laqueis
& periculis, in quibus
uerſor, pedes meos.
16 Reſpice clementer
me, & miſericors ſis er
ga me: q̃a ab omnibus

16 *Conuertere ad me Dñe & miſerere*
*mei, quoniã deſolatus & adflictus ſum.*

17 *Anguſtiæ cordis*
*mei creſcunt: educ*
*ergò me de neceſſi*
*tatibus meis.*
18 *Cõtemplare ad-*
*flictionem meã, & *
*laborem meum, et*
*aufer omne pecca-*
*tum meum.*
19 *Cõſidera hoſtes*
*meos, quia multi*
*ſunt, et ſcelerato o*
*dio pſequũtur me.*
20 *Cuſtodi animã*
*meã, et libera me:*
*ne quæſo pudefiã,*
*quoniã ĩ te ſpero.*
21 *Integritas & æquitas ſeruent me,*
*quoniam in te ſpero.*

deſertus & paup ſum
ego.
17 Afflictiones cordis
mei latè ſparſerũt ſeſe,
ex anguſtijs qbus un-
dique coarctor, educ
quæſo me.
18 Conſidera pauper-
tatem & afflictionem
meam, ut auferas à
me uniuerſa peccata
mea.
19 Cõſidera hoſtes me-
os quàm ſint multi, &
quàm capitali odio p-
ſequantur me.
20 Cuſtos ſis animæ
meæ, & libera me, ne
pudefiã ego, qui ſpem
meam omnem collo-
caui in te.
21 Innocẽtiæ & æqui-
tatis ſtudia ſeruẽt me:
ſollicitè enim expecto
aduentum tuum.

22 *Redime Deus Iſraëlem de omnibus anguſtijs eius.*

PSALMVS XXVI.

1 *Vindica me Dñe, quoniã innocẽter ambulo: in te Domine ſpero, neq; uacillo.*

Iudica me dñe, quoniã.

2 *Proba me Domine, & explora: excoque renes meos & cor meum.*

3 *Quia bonitatẽ tuam ante oculos meos ſeruo, & in ueritate tua ambulo.*

4 *Non habito cũ hominibus uanis, & ad ſocordes non ingredior.*

22 Libera deus Iſraëlem ex omnibus afflictionibus ſuis.

XXVI.

1 IVdex eſto dñe in cauſa mea, ut palàm fiat q̄ ſimpliciter fecerim quæ feci, quamq; hoc uerè crediderim, te nunq̄ permiſſurū ut caderem.

2 Scrutare omnia mea domine, & experire qui ſim, igne explora renes meos, & ipſum cor meum.

3 Inuenies memorem me beneficiorum tuorum fuiſſe ſemper: exercui enim me diligenter in fide, quam concepi de te.

4 Non habui familiaritatem cum homi-

5 *Odi cœtũ mali-*
*gnorum, & inter*
6 *impios non ſedeo.*
*Abluo cũ inno-*
*cẽtia manus meas,*
*ſic accedo ad arã*
7 *tuam Domine.*
*Vt uoce prædi-*
*cem laudem tuam,*
*& exponã omnia*
8 *mirabilia tua.*
*Diligo Domine*
*habitaculum ædis*
*tuæ, & locum ubi*
9 *manet gloria tua.*
*Ne iungas cum*
*peccatoribus ani-*
*mam meam, neque*
*uitam meã cum ſan*

nibus uanis: neq; cum
ſubdolis conſuetudinẽ
habebo.
5 Odio habui cõuen
ticula prauorũ: & im-
pios qui nulla certa le-
ge uiuunt, auerſatus
ſum ſemper.
6 Lauabo donec pu
ræ fiant manus meæ:
& ſic tandẽ amplectar
altare tuum Domine.
7 Clara uoce tibi o-
mnia mea accepta re-
feram: & commemo-
rabo q̃ multis mo-
dis miraculoſe adſue-
ris mihi.
8 Domine optaui ue-
hementer, ut mihi con
tingat habitare in do-
mo tua, & in loco quẽ
tua maieſtas peculia-
riter inhabitat.
9 Quare non perdes
cum peccatoribus ani-
mam meam, nec cum
uiris ſanguinarijs ui-

*guinarijs.*
10 *Quorum in ma*
*nibus ſcelus inue=*
*nitur: dextera eo=*
*rum plena eſt mu=*
*neribus.*
11 *Ego uerò inno*
*center ambulo: re=*
*dime me, & miſe=*
*rere mei.*
12 *Pes meus in re=*
*cto conſtat. In cœ=*
*tibus laudabo Do=*
*minum.*

PSAL. XXVII.

1 *Dominus lux*
*& ſalus mea ē, à quo metuã? Dñs*
*robur uitæ meæ eſt, à quo nã trepidem?*
2 *Dum prodeũt aduerſum me maligni,*

Dñs illuminatio mea.

tam meam.
10 Quorũ opera ſunt
ſtudio ſcelerata, quo-
rum & dextera plena
eſt muneribus.
11 Interim ego in ſim-
plicitate mea, ſicut
huc uſq;, perſiſtam: tu
libera me à malo, &
clementer tracta me.
12 Pes meus non aber
rauit à recto, quare pa
làm in frequentia po-
puli laudes dñi præ-
dicabo.

XXVII.

1 Dominus lux
mea, & ſalus
mea, à quo mi-
hi timebo? dominus
eſt robur uitæ meæ, à
quo metuam?
2 Quum educerẽt co
pias ſuas aduerſum

*inimici, & hoſtes mei ut me totũ deuorent, corruunt & concidunt.*

3 *Dum caſtra figuntur cõtra me, nõ timeo: dum incitatur aduerſum me prælium, tũc maximè ſecurus ſum.*

4 *Vnũ enim ambio apud Dominũ, unũ quæro, ut habitem domi Domini in perpetuũ, ut uideam decorem Domini, & admirer templum eius.*

5 *Quoniã abſcon*

me homines ſcelerati, ut funditus perderent me inimici mei capitales, in ipſo conatu inferiores facti, corruerunt.

3 Si inſtruatur aduerſus unũ me iuſtus exercitus, nihil metuet animus meus: & ſi cõmittatur mecum prælиũ, in ipſa pugna firmiſsimè credam auxilio futurum te mihi.

4 Vnum quiddam oraui dominum, quod & pergam indeſinenter petere, liberam in domo domini ab omni ſollicitudine uitã, ut coràm uidere poſſim quantum ſit amœnitatis apud dñm: & ſcrutari q̃ ſint in regia illius uaria, & admiratione digniſsima.

5 Abſconderet enim tum me in taberna-

*dit me in periculo=*
*ſo tempore, abſtru*
*ſit me in intima ta=*
*bernaculi ſui, et in*
*petrā eleuauit me.*
6 *Poſtremò autē*
*exaltauit caput me*
*um ſuper hoſtes*
*meos, qui me cir=*
*cundederant, id=*
*circo ſacrifico in*
*tabernaculo eius*
*ſacrificiū gratia=*
*rumactionis, ca=*
*no & pſallo Do=*
*mino.*
7 *Exaudi Domi=*
*ne uocem meā qua te inuoco, miſerere*
*mei, & auxiliare mihi.*

culo ſuo, nec ſineret
unquā ſentire, me in-
commodi quicquam:
occultaret me in pene-
tralibus domus ſuæ, &
ueluti ſuper petrā ho-
ſtibus meis inacceſ-
ſam, collocaret me.
6 Sed & nunc ſcio
ſuperaturum me eius
beneficio inimicos me
os uniuerſos, quam-
uis undique oppugner
ab illis: quare & im-
molabo in taberna-
culo illius hoſtias, in
ſignum ingentis læti-
tiæ cantabo, & cōſcri
bam Pſalmos in lau-
dem domini.
7 Audi domine uoce
meam quum clama-
uero, & miſericorditer
tracta me, & reſponde
uotis meis.

8 *Tibi confitetur cor meum, requirit te uultus meus, faciem tuam Domine deſidero.*
9 *Ne abſcõdas faciem tuã à me, ne auerſeris per iram ſeruum tuũ: robur meũ tu es, ne deſeras me, neq; derelinquas me ô Deus ſaluator meus.*
10 *Pater enim meus & mater mea deſeruerunt me, Dominus autem ſuſcipiet me.*
11 *Doce me Domine uiam tuam, &*

8 Hortatus ex animo ſum expertus benignitatem tuam, alios, ut ſtudeãt comparare fauorem tuum ſibi, ego certè, faciant quod uolent illi, ut placido ſis erga me uultu tuo domine, ſedulò conabor.
9 Tu uerò noli abſcondere à me uultum tuum, neque auerſeris tanquam iratus ſeruũ tuum, qui toties auxilio fuiſti mihi, ne negligere nunc me, neq; deſere Deus autor ſalutis meæ.
10 Quum pater meus, et mater mea reliquiſſent me mihi, adiunxit me ſibi dominus, & curam ſuſcepit mei.
11 Oſtende mihi domine uiam qua itur ad te, & porrecta manu, quẽadmodũ par-

*duc me in ſemita re*
*cta propter eos q*
*mihi inſidiantur.*
12 *Ne tradas me*
*Dñe deſiderio ho=*
*ſtiũ meorũ, quoniã*
*inſurrexerũt in me*
*teſtes periuri, & *
*ſcelus cogitatur.*
13 *At hoc me ſola=*
*tur, certus ſum me*
*uiſurum eſſe bona*
*Domini in terra ui*
*uentium.*
14 *Spera igitur in*
*Dominum quiſquis*
*es, ille confortabit*
*& cõfirmabit cor*
*tuũ, tu modo ſpe=*

uulo mater ſolet, duc
me per ſemitã rectam,
ne hoſtes mei uiam in-
tercipiant mihi.
12 Ne permittas me
premi tyrannide ho-
ſtium meorum, quo-
rum opera factum eſt,
ut inſurrexerint aduer
ſum me teſtes iniqui,
& is qui falſò ſcelus cõ
mentus eſt, quod im-
pingat mihi.
13 Eò res perducta fuit,
ut niſi firmiſsimè cre-
didiſſem & ueluti per-
ſuaſum habuiſſem ui-
ſurum aliquando me
inſignem domini be-
nignitatẽ in terra qua
uiuunt, qui nunquam
ſunt morituri: tunc ani
mum deſpondiſſem.
14 Quare patiẽter ex-
pecta, quiſquis ſa-
pis, auxilium domini,
ſis animo infracto, nec
dubita quin ipſe con-

*ra in dominum.*

PSALMVS XXVIII.

1 *AD te ô Domine petra mea clamo, ne auerſeris me quæſo, aut diſſimules, quo par ſiã his qui in foueã deſcendunt.*

2 *Exaudi uocẽ ſupplicis qui ad te clamo, qui manus meas ad adytum tuũ ſanctum attollo.*

3 *Ne quæſo me inter impios reputes aut inter facinoroſos, qui cum proxi*

fortaturus ſit cor tuũ: & quicquid acciderit tibi, feras patienter, & totus pendeas à Domino.

XXVIII.

1 TVum Domine auxiliũ implorabo, qui inſtar rupis hoſtibus meis inacceſſæ olim eſſe ſoles mihi, ne obſurdeſcas quæſo ad preces meas: ne ſi forte non reſponderis uotis meis, ego ſiã ſimilis ijs, qui pergunt ad ſepulchra. Ad te domine clamabo.

2 Audi uocem precationis meæ: clamabo enim ad te, & ſuſtollã in altum manus meas uerſus cœlum, in quo ueluti in templo ſanctiſſimo maieſtas tua peculiari quodam modo habitat.

3 Ne me unũ ẽ numero impiorũ & flagitio-

*mis ſuis amicè qui=*
*dem loquũtur, ſed*
*malum meditantur*
*in cordibus ſuis.*
4 *Da eis pro faci=*
*nore & malitia co*
*gitationũ eorum,*
*pro opere manuũ*
*eorum da illis:red=*
*de eis digna ſe.*
5 *Vt nõ aduertunt*
*animũ ad opera do*
*mini, neq; ad factu*
*rã manuũ eius, ita*
*deſtruat eos ut nul*
*latenus conſtent.*
6 *Gratias ago do*
*mino, quoniam ex=*
*audiuit uocem ſup=*

ſorum fieri ſinas, qui
uerbis apud ſocios ami
citiam ſimulant, & ue-
nenum peſtilens in pe-
ctore geſtant.
4 Retribue illis ſecun-
dum illorũ demerita,
& ſecundum malitiam
ſceleratarum cogitatio
num, quibus alios ſup-
plantare ſtudent: ſecun
dum opus manuum il-
lorum redde illis, per-
ſolue illis quod ſuis ſce
leribus merentur.
5 Et quia non cona-
buntur cognoſcere do
minum per ea quæ fa
cta ſunt ab illo, nec per
mirabile hoc creatio-
nis opus, in quo tam
manifeſtè relucet omni-
potentia manus illius,
ipſe deſtruet funditus
eos à nullo unquam re
ſtituendos.
6 Dignus eſt qui per-
petuò laudetur à me

plicis.
7 Dñs fortitudo
mea & ſcutũ meũ,
eo fidit cor meũ,
ab eo ſenſi opem,
hinc geſtit cor me
um, & carmẽ meũ
ipſum celebrat.
8 Dominus robur
noſtrum eſt, ſalu=
tare robur Chriſti
ſui eſt.
9 Salua igitur po=
pulũ tuũ, & boni=
tate proſequere hæ
reditatẽ tuã: paſce
& fer eos uſq; in
ſempiternum.

PSAL. XXIX.

dominus: audiuit enim
uocem precationum
mearum.
7 Dominus fortitudo
eſt mea, & protectio
mea, cor meum per o-
mnia credidit illi: qua-
re & fortis factus ſum,
& præ gaudio ſubſilijt
cor meum, & carmini
bus meis teſtabor, quã
tum acceperim benefi
cij ab illo.
8 Dominus uires ſup-
peditat ſuis: & præci-
pua pars uictoriarum
Chriſti ſui ipſe ſemper
fuit.
9 Tutare domine po
pulum tuum, & auge
donis tuis, quos ueluti
hęreditario iure bono
rum tuorũ participes
eſſe uoluiſti: paſce eos,
et erige eos aſsiduè ma
gis ac magis in perpe-
tuum.

XXIX.

Afferte Dño filij Dei.

1 *TRibuite Domino ô principes, tribuite gloriam & uirtutem.*

2 *Tribuite nomini Dñi omnipotētiā, adorate ſanctā maieſtatem Domini.*

3 *Dominus enim aquas ſolo iuſſu regit: Deus omnipotens tonitruum parat, Dominus pelago imperat.*

4 *Iuſſus Dñi efficax eſt, iuſſus Dñi ſplendidus eſt.*

1 TRibuite Domino robuſtiſsimi quiq;, tribuite inquam Domino gloriam & omnipotentiā.

2 Tribuite domino, & fateamini eſſe auguſtiſſimum nomen illius, ſupplices efficiamini domino, quemadmodum meretur ſacroſancta maieſtas illius.

3 Vox domini cōmouet aquas, Deus qui digniſsimus eſt omni gloria, tonitru excitat, dominus poteſtatem habet effundendi in terrā aquas plurimas.

4 Vox domini eſt potentiſsima: uox dñi eſt magnificentiſsima.

5 Vox dñi confringit cedros: confringit dñs cedros Libani.

5 *Iuſſu cōfringit dominus cedros, et certè confringet Dominus cedros Libani.*

6 *Inſtar tauri con=*
*culcabit Libanum,*
*et Sarion tanquam*
*Monoceros.*
7 *Iuſſus Domini*
*diſsipat flammas*
*ignis.*
8 *Iuſſus Domini*
*commouet deſer=*
*tum, commouet de*
*ſertum Cades.*
9 *Iuſſus Dñi cer=*
*uas infirmat, extir*
*pat ſaltus: In eius*
*ergò templo quiſ=*
*que dicit gloriam.*
10 *Dominus diluuium ſedat: & regnum*
*tenet inæternum Dominus.*
11 *Dominus dat uirtutem populo ſuo:*

6 Et ſubſilire faciet in-
ſtar uituli Libanũ, &
ipſum montem Sirion
non aliter quàm pulli
ſolent unicornium.
7 Vox domini ſecat
flammas ignis.
8 Vox domini contre
miſcere facit deſertum,
contremiſcere facit do
minus deſertũ Cades.
9 Vox domini parere
faciet pręmetu ceruas,
conſpicua reddet quæ
latent in denſis & ua-
ſtis ſyluis: interim in tẽ
plo illius unaquęq; res
pro modulo ſuo agno
ſcit maieſtatem illius.
10 Dominus tẽpore di-
luuij regnũ obtinuit, et
manebit rex perpetuò
11 Dominus uires dabit

*Dominus ꝑſequi=*
*tur populũ ſuũ bo*
*nitate & pace.*

PSAL. XXX.

1 *LAudibus eue=*
*ham te ô Do=*
*mine, quoniam ere*
*xiſti me: neq; læti=*
*ficaſti hoſtes meos*
*ſuper me.*

Exalta- bo te do- mine qm̃ ſuſcepiſti me.

2 *Dñe deus meus*
*ad te clamaui, &*
*ſanauiſti me.*
3 *Domine reuo=*
*caſti ab orco ani=*
*mam meam: reſtituiſti me quo minus de=*
*ſcenderem in foueam.*
4 *Pſallite Domino ſancti eius, & gra=*

populo ſuo, Dominus
beabit populum ſuum
pace perpetua.

XXX.

1 LAudibus efferã
te domine, qꝫ ſer
uaueris me, nec
anſam præbueris hoſti
bus meis inſultandi cũ
gaudio mihi.
2 Domine mi Deus
imploraui auxiliũ tuũ
& ſanaſti me.
3 Domine ſaluam eſſe
uoluiſti animã meam
ab inferis, ſeruaſti me
ne fierem unus è nume
ro eorum qui præcipi-
tes eunt in puteum.
4 Cantate dñm quot-
quot experti eſtis beni
gnitatẽ illius, celebrate
memoriã ſacroſanctæ

*tius agite in ſancta*
*memoria eius.*
5 *Quoniã cùm per*
*momentum iraſci=*
*tur, per gratiam*
*ſuam uita donat:ad*
*ueſperam diuertat*
*fletus licet, ſub au=*
*roram tamen redit*
*lætitia.*
6 *Equidem quum*
*dicerẽ in felicitate*
*mea: nihil patiar*
*in æternum.*
7 *(Tu enim Dñe*
*tribueras pro tua*
*bonitate robur mõ*
*ti meo) protinus ut*
*abſcondebas faciem tuam, conturbabar.*

maieſtatis illius.
5 Momentanea eſt enĩ
ira illius, amor uerò
quo proſequitur ſuos,
per omnẽ durat uitã:
ſi forte ſub ueſperã ac-
cidat flebile quicquã,
illud in ipſa aurora cõ
mutabitur in gaudiũ.
6 Ego dicebã nimiũ
fidẽs præſentibus, quũ
eſſem ĩ ipſo flore meo,
felicitas hæc durabit,
nec quicquam expe-
riar unquam mali.
7 Tu profectò domi-
ne muniuiſti id quod
præcipuum eſt, & ue-
luti mons in me muni
tione firmiſsima, ſed ca
ſtigaturus ſtultitiã meã
auertiſti pauliſper fa-
ciem tuam à me, & tur
bata ſunt omnia con-
ſilia mea.

8 *Hic ad te Domi*
*ne clamabam, tibi*
*Domino meo ſup=*
*plicabam.*
9 *Quis inquã uſus*
*eſt ſanguinis mei,*
*ſi abiero in perdi=*
*tionem? Num pul=*
*uis confitetur te?*
*num laudat uerita=*
*tem tuam?*
10 *Exaudi ergò do*
*mine & miſerere*
*mei, Dñe fer opem*
*mihi.*
11 *Tunc uertiſti planctũ meũ in chorũ,*
*ſoluiſti ſaccũ meũ, & lætitia me cinxiſti.*
12 *Propterea cãtabitur gloria, neq; tace*
*bitur. Ego enim Domine Deus meus in*

8 Quare iterum cla-
mabo ad te Domine,
& inceſſanter domi-
num orabo.
9 Quæ quæſo utilitas
eſſet me ſanguine fuſo
pergere ad interitum?
celebrare ne poterit te
puluis, aut prædicare
conſtantiam & ſtabili
tatẽ tuam in promiſsis?
10 Audi dñe, & miſe-
reat te quæſo mei, do-
mine ſis auxilio mihi.
11 Cõuertiſti iterũ ſubi-
tò luctum meum in ex
ultationẽ, rupiſti ſaccũ
quo indutus fueram,
& perfudiſti me gau-
dio omni ex parte.
12 Quare cãtabit te in-
ceſſanter anima mea,

*perpetuũ celebra=*
*bo te.*

## PSALMVS
## XXXI.

1 *IN te Domine*
*ſpero, ne quæ=*
*ſo pudefiã inæter=*
*num, ſed per iuſti=*
*tiã tuã libera me.*
2 *Præbe mihi aurẽ*
*tuã, propterea ut*
*eruas me, eſto mihi*
*fortis petra, & mu*
*nita domus ubi me*
*ſalues.*
3 *Tu enim es ru=*
*pes mea & arx*
*mea, propter no=*
*men ergo tuũ dux & alũnus meus eſto.*

quæ decus eſt & pars
optima mei : Domine
mi deus toto tempore
uitæ meæ acceptam
tibi referam ſalutem
meam.

## XXXI.

1 DOmine ĩ te ſpe
raui, fac quæſo
ne unquam pu
defiam ſpe mea fru-
ſtratus, ſed tua iuſtitia
ſerua me.
2 Præbe mihi aurem:
citò libera me: ſis mihi
pro rupe inacceſſa ho-
ſtibus meis, & arce mu
nita turribus multis, ut
ſerues me.
3 Quia pro petra &
pro turri tu mihi eſſe
ſoles : propter nomen
tuum tua ſponte dedu
ces me, quocunq; eun
dum fuerit mihi, & enu
tries me.

In te dñe ſperaui, nõ confundar.

4 *Educ me de reti quod abſconderũt mihi, tu enĩ es pro pugnator meus.*
5 *In manus tuas ſpiritũ meum com mendo, redime me Dñe Deus uerax.*
6 *Ego enim odi, qui uanitatis finem tenent, ſed in te do mine ſpero.*
7 *Exultem & ge ſtiam propter boni tatem tuã, quoniã uidebis adflictionẽ meam, cùm ſenties ut anima mea in anguſtijs eſt poſita.*
8 *Et nõ dedes eam in hoſtis poteſtatẽ,*

4 Explicabis me è la queo quem abſconderunt ut capiant me: nihil enim poſſem ego ſine te.
5 Curæ tuæ commendabo ſpiritum meum, ſæpe liberaſti me: & liberabis domine, in promiſsis conſtantiſsime uerax.
6 Odio habui eos qui amplectunt uana, quæ illis uſui futura non ſunt: ego certe ſpem omnem poſui in te.
7 Lætabor & exultabo expertus miſericordiam tuam: uidiſti enĩ afflictionem meam, & agnouiſti in medijs perſecutionibus animam meam.
8 Nec permiſiſti me premi tyrannide ho-

*ſed in latum conſti*
*tues pedes meos.*
9 *Miſerere mei do*
*mine quoniam tri=*
*bulor, caligat præ*
*mœrore oculus me*
*us, anima mea &*
*uenter meus.*
10 *Conſumitur in*
*dolore uita mea, et*
*anni mei in gemi=*
*tibus: decidit in ca=*
*lamitate robur me*
*um, & oſſa mea*
*tabeſcunt.*
11 *Opprobrium fa*
*ctus ſum apud o=*
*mnes inimicos meos: uicinis aũt & no=*
*tis ingens pauor: qui me uidẽt foras fu=*

ſtis mei: quin potius ſta
maſti in loco ſpatioſo
greſſus meos.
9 Miſereat te mei do-
mine, quoniã imminet
periculum mihi: corro
ſus eſt præ mœrore o-
culus meus, anima mea
& uenter meus.
10 Conſumpta enim eſt
mœſtitia bona pars ui
tæ meæ, & anni mei
cum gemitu: deſtituit
me propter iniquitatẽ
uirtus mea, et oſſa mea
contabuerunt.
11 Metu hoſtium meo-
rum, qui numero ſunt
plurimi, factum eſt ut
tanquam probroſum
exhorruerint me, ꝓxi
me uicini mihi, & ter-
rori fuerim illis, cũ qui
bus quõdam mihi fuit
arctiſsima familiaritas:

*giunt à me.*

12 *E' corde obli=*
*uioni traditus ſum*
*uelut mortuus: fa=*
*ctus ſum ſicut fra=*
*ctum figulinum.*

13 *Ipſe enim audi=*
*ui contumeliã mul*
*titudinis circũ me*
*congregatæ: in u=*
*num coëunt aduer*
*ſum me: ad capien*
*dum animã meam*
*coniurant.*

14 *Ego aũt te fido*
*Domine, ac dico,*
*Deus meus es tu.*

15 *In manu tua ſa=*
*ta mea ſunt, libera me de manu hoſtium*

quotquot uidebãt me,
foras fugerunt relicto
me ſolo.

12 Obliuioni datus fui
non aliter q̃ mortuus
aliquis, qui non ſpera-
tur unquam priſtinæ
uitæ reſtituendus, & tã
quam uaſculum nulli
amplius uſui aptum.

13 Audiui enim eloquia
multorũ, & minas eo-
rum qui erant circum
me: conſpirabãt enim
unanimiter aduerſum
me, & uitam adimere
mihi conſtituebant.

14 Ego interim te domi
ne confiſus in ea per-
ſtiti ſententia, ut quic-
qd accideret mihi, non
dubitarem quin deus
adeſſes mihi tu.

15 In poteſtate tua ſunt
tempora mea, libera
me à tyrannide ini-
micorum meorum, &

*& perſecutorum meorum.*

*16 Oſtende uultum tuum ſeruo tuo: et ſalua me per bonitatem tuam.*

*17 Dñe non cõfundar, te enim inuoco: ſed cõfundãtur impij, & in foueã conſopiantur.*

*18 Cõpeſcãtur labia mẽdacia quæ ueteratoriè, ſupbè, & cõtemptim loquũtur aduerſus iuſtũ.*

*19 Quanta ſunt bona quæ reponis timentibus te, quæ facis ſperantibus in te coram filijs hominum?*

eorum qui perſequuntur me.

16 Hilarẽ exhibe uultũ tuum ſeruo tuo, ſaluũ me fac ꝓ genuina miſericordia tua.

17 Domine non uertatur mihi pudori, quod implorauerim auxiliũ tuum: pudefiãt impij, & taceãt ſepulti apud inferos.

18 Muta fiant labia quæ aſſueuerunt mendacijs, quę cõtemptim loquuntur de iuſto, & cum faſtu.

19 Quàm ſunt copioſæ diuitiæ tuæ quas repoſuiſti in uſus eorũ qui colũt te, deſignaſti plurima in gratiã ſperantiũ in te, palàm in conſpectu & cum admiratione poſterorũ Adæ.

20 *Abſcōdis eos in*
*adyta uultus tui ab*
*elatis homībus, oc=*
*cultas eos ī taberna*
*culo tuo à uitiliga=*
*tionibus linguarū.*
21 *Gratiæ Domino*
*pro admirādā eius*
*in me bonitate, ex*
*urbe munita.*
22 *Ego enim in de*
*ſperatione mea di=*
*xeram, proiectus*
*ſum à cōſpectu ocu*
*lorum tuorum: tu*
*tamen exaudiuiſti*
*ſupplicis uocem ad*
*te clamantis.*
23 *Idcirco diligite dominū omnes ſancti*

20 Abſcōdes eos & col
locabis eos è regione
faciei tuæ, quæ impijs
abſcondita eſt, ut tuti
ſint à minis quantum-
uis potentis: abdes eos
in habitaculo tuo, ut
liberi ſint à linguarum
uirulentia.
21 Maior omni laude
dn̄s, qui miro quodam
modo oſtēdit miſericor
diā ſuā mihi, & tanq̄
in munitiſsima fuiſſem
ciuitate, tutatus eſt me.
22 Ego quidem olim in
anxietate ſumma con-
ſtitutus, abiectum me
eſſe putabam abs te:
uerum tu etiam tum di
ligentiſſime auſculta-
bas quotieſcunq; cla-
mabam, & omnes pre
cationes meas audie-
bas.
23 Amate dn̄m quoquot

*eius, fidos enī tue-
tur dn̄s, & abūde
retribuit his qui ſu
perbè agunt.*
24 *Conſtantes eſto-
te, & obfirmet cor
ueſtrū, omnes qui
ſperatis in Dn̄m.*

PSALMVS

1 XXXII.

*O Felicem qui à
tranſgreſſio-
ne leuatur, cuius
peccatum diſſimu-
latur.*
2 *O' felicem homi-
nem cui Dominus peccatum non impu-
tat, in cuius animo per dolum nihil ce-
latur.*

benignitatem illius ex-
perti eſtis: candidos cu-
ſtodit dominus, & red-
det pro faſtu copioſè
quod meretur, homini
faſtuoſo.
24 Animo forti eſtote,
nec dubitate: quin do
minus ipſe robur ad-
diturus ſit animis ue-
ſtris, quotquot patien-
ter expectatis aduentū
illius.

XXXII.

1 FElix ille cui cō-
donatum eſt deli
ctum, & cuius co-
opertum eſt peccatum.
2 Felix ille homo, cui
dominus non imputa-
bit peccatum, nec fraus
in animo illius inuen-
ta eſt.

Beati quorum remiſſæ ſunt ini.

3 *Ego enim cùm*
*tacerem langueſce=*
*bant oſſa mea, cum*
*quotidiano eiulatu*
*meo.*
4 *Quoniam die &*
*nocte ingraueſce=*
*bat ſuper me ma=*
*nus tua, uerteba=*
*tur ſuccus meus in*
*ſiccitatem æſtiuam.*
סלה
5 *At peccatū meū*
*poſteaq̄ tibi notum*
*feci, et facinus meū*
*non celaui: cùm di*
*xi, meipſum adcuſando, fateor trāſgreſ=*
*ſionem meam Domino, protinus remi=*
*ſiſti crimen peccati mei.* סלה

3 Quandiu tacui con-
terebantur uires meæ:
præ erumpente eiulatu
aſſidue.
4 Quia per diem & no
ctem ingraueſcebat ma
nus tua contra me, ſic
mutatus ſum: ut ex ſuc
culento factus ſim ari-
dior, quàm ſunt ariſtæ
in media meſſe. Ita
res habet.
5 Quare aliud inij cō
ſilium, & ſtatui pec-
catum meum non am-
plius celare, ſed ape-
rire tibi iniquitatem,
qđ q̄ primùm feciſ-
ſem, abſtuliſti conti-
nuò iniquitatem pec-
cati mei. Ita factum
eſt profectò.

6 *Idcirco oret ad*
*te quiſquis ſanctus*
*eſt, quàm primùm*
*eandem anguſtiam*
*ſenſerit, & iam*
*nõ tanget eum in=*
*undatio aquarum*
*immanium.*
7 *Tu es refugium*
*meũ à tribulatione*
*quæ me circũdede*
*rat, & circundas*
*nunc me gaudio li=*
*berationis.* סלה
8 *Erudiam,inquis,*
*te & oſtendã qua*
*uia ſit eundum ti=*
*bi,figam in te oculos meos.*
9 *Modò ne ſitis equis & mulis pares,*

6 Quare exẽplo meo
precibus aget apud te,
quiſquis benignitatem
tuam expertus eſt, ut
tempus remiſſionis in-
ueniat: quòd ſi conti-
gerit illi, nullæ quan-
tumuis multæ ſiãt ma
lorum inundationes,
ad illum poterunt per-
tingere.
7 Tu prouidentia tua
occulta à malo prote-
ges me,& gaudijs, qui
bus gaudere ſolent è
manibus hoſtium ela-
pſi afficies me. Certo
certius.
8 Prudentem, inquit
dominus, faciam te,&
docebo quo pacto ui-
uere oporteat te,& ſtu
dioſiſſimè obſeruabo
te oculo proprio.
9 Tantum ne ſimiles

*quibus nullus eſt in*
*tellectus: quorũ os*
*niſi lupatis & fre=*
*nis tẽperes, non ge*
*runt morem tibi.*
10 *Multa ſunt mala*
*impij: qui aũt Dño*
*fidit, bonitate cir=*
*cundabitur.*
11 *Lætamini in Do*
*mino, & exultate*
*iuſti: gaudete qui*
*eſtis recto corde.*

PSALMVS

XXXIIII.

1 *EXultate iuſti*
Exultate iuſti ĩ domino rectos.
*in dño, nã re=*
*ctis ornamento eſt*
*dum collaudant.*

efficiamini equo, uel
mulo, qui non ſolũ ni-
hil intelligit beneficio-
rum in ſe collatorum: ſed
capiſtro uel freno os e-
ius conſtringere opor-
tet, ne appropinquet et
mordeat uos.
10 Mala plurima ma-
nent impium: eum au-
tem qui ſpem ſuam po
nit in domino, illũ ipſe
benignitate ſua cumu
latiſſimum reddet.
11 Lætamini quod pro
pitium habeatis domi
num, & ſerio exultate
iuſti, edite ſigna lętitiæ
quotquot animo can-
didi eſtis.

XXXIII.

1 CVm exultatiõe
laudate iuſti do
minum: æquiſſi-
mum eſt enim & dece-
tiſſimum, ut à candidis
laudetur dominus.

2 *Collaudate igi-*
*tur Dominũ, citha-*
*ra, cheli, decachor-*
*do pſallite ei.*
3 *Canite illi nouo*
*carmine, incendite*
*organa cũ clãgore*
4 *Verbum enim do*
*mini ſacroſanctum*
*eſt, & omne opus*
*illius firmum.*
5 *Iuſti & æqui a-*
*mans eſt: bonitate*
*Domini plena eſt*
*terra.*
6 *Verbo Domini*
*cœli facti ſunt, &*
*ſpiritu oris eius, omnis militia eorum.*
7 *Colligit aquas in tumultum, ac rurſus*

2 Laudate dominum
cithara, nablo & deca-
chordo laudes illius de-
cantate.
3 Canite in honorem
illius carmen non uul-
gare, ſed nouũ: operã
date ut quàm optimè
cantetis, & cum animi
alacritate.
4 Aequa enim ſunt
quæ loquitur & man
dat dominus: & quic-
quid facit, optima il-
lud fide facit.
5 Amans eſt iuſtitiæ &
æquitatis, benignitatis
domini nihil expers eſt
eorũ, quæ ſunt in uni-
uerſa terra.
6 Verbo domini cœli
facti ſunt, & ſpiritu o-
ris eius uniuerſus orna
tus illorum.
7 Colligit ueluti in cu
mulum aquas maris,

*in abyſsi penetralia*
*recondit.*
8 *Metuat dominū*
*omnis terra, mirē=*
*tur eum omnes qui*
*habitant orbem.*
9 *Ille enim quum*
*iubet, ſunt: quū præ*
*cipit, conſtant res.*
10 *Dn̄s diſsipat cō*
*ſilium gentium, &*
*populorum cogita*
*tiones irritat.*
11 *Conſilium autē*
*eius in perpetuum*
*durat, cogitationes*
*cordis eius ad oēs*
*generationes.*
12 *O felicem gentem cuius dominus eſt*

& concludit certo loco
ſeruandas abyſſos, nō
aliter quàm theſauri ſo
lent.
8 Sollicitè colant do-
minum quotquot in
terra degunt, & offen-
dere illū metuāt quot-
quot ſunt habitatores
orbis.
9 Ipſe enim quicquid
fieri unquam uoluit id
factum eſt: & quicquid
unquam iuſſit exiſtere
id extitit continuò.
10 Dominus turbauit
conſilia gentium, irrita
fecit machinamēta po
pulorum.
11 Conſilium uerò dn̄i
perpetuo inuariatum
manebit, quæ ipſe in
animo ſuo facere ꝓpo
nit, ea fient quocunq;
tempore ipſe uolet.
12 Beata gens quæ do-
minum habet prote-

*Deus, quā ſibi ele=*
*git in hæreditatem.*
13 *Dominus è cœlo*
*proſpicit ad conſi=*
*derandum omnes*
*filios hominum.*
14 *De firmo ſolio*
*ſuo contemplatur*
*omnes habitatores*
*orbis.*
15 *Solus enim fin=*
*xit corda corū, ſo*
*lus cognoſcit om=*
*nia opera eorum.*
16 *Non ſaluat re=*
*gem innumerabi=*
*lis exercitus: & gi*
*gas non liberatur*
*magnitudine roboris.*

ctorem ſuum: & popu
lus ille felix eſt, quem
dominus ſibi elegit, ut
illum peculiari modo
poſſideat.
13 E cœlo proſpexit
dominus, contempla-
tus eſt quicquid uſquā
eſt hominum.
14 E tabernaculo,
quod ab omni inquie-
tudine liberum ipſe in-
habitat, conſiderauit
uniuerſos habitatores
terræ.
15 Ille inquam conſi-
derauit uniuerſos, qui
finxit ſine ulla excepti
one corda omniū, qui
& nouit ſingulorū ope
ra ſingula.
16 Ne rex quidem ſal-
uus euadet exercitu
quantūuis numeroſo,
nec miles quantumuis
ſtrenuus pericula eua-
det proprijs uiribus.

17 *Fallit ſaluando*
*eques, nam multi=*
*tudine equitatus ne*
*mo eripitur.*
18 *Ecce autem ocu*
*li* Domini *intendũt*
*in eos qui ſe reue=*
*rẽtur, & illius bo*
*nitate fidunt.*
19 *Vt liberet à pe*
*ſtilẽtia animas eo=*
*rum, & alat eos*
*in fame.*
20 *Anima igitur no*
*ſtra* Domino *nita=*
*tur, ille enim eſt*
*propugnator & clypeus noſter.*
21 *Nam & cor noſtrum in eo lætabi=*
*tur, dummodo in nomen eius ſanctum*

17 Res fallax eſt equus
ad prçſtandam ſalutẽ:
nec ullis uiribus ſuis
eripere è periculis po-
terit ſeſſorem.
18 Ecce oculus domi-
ni obſeruat & cuſto-
dit eos, qui reuerenter
colunt ipſum: & eos q
patiẽter expectant, ut
benignitatis illius par
ticipes fiant.
19 Vt liberet eos à
morte, & uictum ſup-
peditet illis tempore fa
mis.
20 Anima noſtra expe
ctauit Dominum aſsi-
duè: auxiliũ enim no-
ſtrum & protectio no-
ſtra ipſe eſt.
21 Ipſe pro ſua beni-
gnitate cãm gaudendi
præbebit cordibus no

*ſperauerimus.*
22 *Adſit nobis Do*
*mine bonitas tua,*
*quemadmodũ ſpe=*
*ramus in te.*

PSALMVS
XXXIIII.

1 *COllaudabo*
*Dñm in oĩ tẽ*
*pore: laus eius ſem*
*per erit ĩ ore meo.*
2 *In laude Domini*
*oblectat ſe anima*
*mea: audiãt hoc hu*
*miles & lætentur.*

ſtris, qui ipſius nos ſa-
croſanctæ maieſtati cu
randos tradidimus.
22 Reſpondeat expe-
ctationi noſtræ beni-
gnitas tua domine.

XXXIIII.

1 LAudabo Dñm
omni tpe, aſsi-
duè laudes illi-
us cantabit os meum.
2 In laudando domi-
no occupata erit ani-
ma mea, ut audiant q
aduerſa patiuntur, &
recreentur.
3 Laudibus quãtum
poteſtis maximis ef-
ferte dominum, extol-
lamus nomẽ illius unà
omnes.
4 Quæſiui dominũ,

Benedi-
cam dñm
in omni
tempore,

3 *Magnificate Dominum mecum, &*
*nomen eius ſimul uehamus.*
4 *Conſului enim Dominum & reſpon*
*ſum dedit mihi, & de omni pauore meo*

*liberauit me.*

5 *Qui ad eũ ſuſpiciunt illuſtrantur, & uultus eorũ nõ confunduntur.*

6 *Quicunq; adflictus Dominum inuocat, exaudit eũ, et de omnibus anguſtijs eripit.*

7 *Caſtra figit angelus Domini circũ eos q̃ ipſum timẽt, & eripit eos.*

8 *Delibate & uidete quàm bonus ſit Dñs, beatus eſt quiſquis illo fidit.*

9 *Reueremini Dominũ ſancti eius, quoniam nihil deeſt reuerentibus eum.*

& exaudiuit me, & ex omnibus anguſtijs eripuit me.

5 Conuertant ſe ergò ad illũ properè quotquot ſapiunt: aſſequẽtur enim quicquid poſtulauerint ab illo.

6 Hic enim pauper clamauit, & dominus exaudiuit, & ex omnibus tribulationibus liberauit eum.

7 Caſtrametabĩt angelus dñi circa cultores illius, ut ſerues eos.

8 Quare reuerenter colite dominum ſancti illius: nihil enim deerit unquã cultoribus illius.

9 Perpẽdite & uidebitis tã liberaliter benignum eſſe dominũ

10 *Violenti egebũt*
*& eſurient, Domi*
*num uerò timenti=*
*bus nihil deerit.*
11 *Adeſte ô filij &*
*auſcultate mihi, ti=*
*morem Domini do*
*cebo uos.*
12 *Si quis eſt uitæ*
*cupidus, & eã bea*
*tè ducere optat,*
13 *Prohibeat lin=*
*guã ſuam à malo,*
*& labia ſua ne lo=*
*quantur dolum.*
14 *Recedat à malo*
*& faciat bonum:*
*ſtudeat paci, & ſectetur eam.*
15 *Oculi enim Domini ad innocẽtes in=*

ut felicem iudicaturi
ſitis uirũ, qui ſpem ſuã
collocat in eo.
10 Qui potẽtia leonibus
ſimiles uidebantur, ad
inopiã redacti ſunt, &
famẽ paſsi: quum inte
rim quærẽtibus dñm,
nihil defuerit unquã.
11 Venite quotquot
diſcere cupitis, & au-
ſcultate mihi: quo pa-
cto uerè coli uelit do-
minus docebo uos.
12 Quiſquis cupis fieri
lõgæuus, & multis an-
nis uiuere feliciter,
13 Cohibe linguam à
maledicentia, & com-
peſce labia tua ne con
cinnent dolos.
14 Fuge malum & fac
bene, ſectare pacem ut
aſſequaris eam.
15 Oculi domini obſer

*tenti ſunt, et aures*
*eius, ad preces eo=*
*rum.*
16 *Supercilium autẽ*
*eius in eos qui ma*
*lum faciunt, ut ex=*
*cindat è terra me=*
*moriam eorum.*
17 *Illi dũ clamant,*
*exaudit Dominus,*
*et de omnibus an=*
*guſtijs eorum libe*
*rat eos.*
18 *Adeſt Dominus*
*his ꝗ contrito ſunt*
*corde: & ꝗ deiecto ſunt animo, ſaluat.*
19 *Iuſtorum multa mala, ſed ex eis o=*
*mnibus liberat eos Dominus.*
20 *Cuſtodit omnia oſſa eorũ, ut ne unũ*

uant iuſtos, & aures
habet accommodatas
ad clamores illorum.
16 Toruo uultu domi
nus aſpiciet ſceleratos,
ut aboleat à terra me-
moriam illorum.
17 Clamauerũt iuſti,
& Dñs ſic exaudiuit
eos, ut ex omnibus ad
uerſis eripuerit eos.
18 Adeſt Dñs his qui
fracto ſunt animo, &
eos ꝗ afflicto ſunt ſpi-
ritu, ſaluos faciet.
19 Multa incõmoda
accidunt iuſto, ſed ex
omnibus illis eripiet eũ
dominus.
20 Sic cuſtodit omnia
oſſa illius, ut ne unum
quidem confringatur

*ex eis conteratur.*

21 *Mors uerò impiorum eſt miſera: qui enim iuſtum odio habent, extirpantur.*

22 *Liberat Dominus animam ſerui ſui, & nõ exterminantur omnes qui eo fidunt.*

PSALMVS XXXV.

1 *SVſcipe Dñe litem meam, & pugna contra obpugnatores meos.*

2 *Corripe ſcutum & haſtam, & ſurge ad auxilium meum.*

3 *Stringe mucronẽ, & urge ex aduer=*

ex omnibus.

21 Occidet impiũ ipſa impietas, & quotquot odio perſequuntur iuſtum, peribunt.

22 Seruat animas cultorũ ſuorũ dominus, nec ſinet interire quenquam eorum, qui ſeſe crediderunt illi.

XXXV.

1 SVpplicium ſume de aduerſarijs meis Domine, pugna aduerſus oppugnantes me. Iudica Dñe nocẽtes me

2 Arripe clypeum & lanceam, & fer ſuppetias mihi.

3 Arma te gladio & haſta, ut occurras perſecutoribus meis: pro-

ſo ꝑſecutores me=
os:dic animæ meæ,
Adſum ego ſalus
tua.
4 Pudefiant,& cō
fundantur qui im=
minēt animæ meæ,
terga uertant cum
ignominia, qui ma
lum mihi cogitant.
5 Fiant ſicut pul=
uis uento expoſi=
tus,angelo Domi=
ni iactante illos.
6 Sint uiæ eorum
obſcuræ & lubri=
cæ,angelus autē Domini urgeat eos.
7 Quoniam innocenti mihi abſconde=
runt pernicioſum rete ſuum: innocenti

mitte allaturum te ani
mæ meæ ſalutem.
4 Suffundantur pu-
dore & afficiant̄ igno
minia, quotquot ſtu-
dent ſubuertere me:
cōuertantur in fugam
et infames fiant,quot-
quot machinantur ma
lum mihi.
5 Fiant ſimiles feſtucę
quæ raptat̃ flatu uen-
ti, & angelus Domini
inſequatur eos.
6 Deſtituatur lumine
uia, per quam fugien-
dū erit eis:lubrica fiat,
& angelus Domini ꝑ-
ſequatur eos.
7 Quia ſine ulla cau-
ſa conati ſunt clàm la
queis ſuis mortiferis
inuoluere me:ſine cau

*animæ meæ ſode-
rum* lacum.

8 *Vſuueniat eis de
improuiſo calami-
tas, & reti ſuo, qđ
abſconderant, ca-
piantur, concidant
in ea calamitate.*

9 *Anima uerò mea
lætetur in Domi-
no, & gaudeat in
ſalute ſua.*

10 *Omnia oſſa mea
dicent: Domine, qs
eſt ſimilis tibi, qui
liberas humilem à
fortiore ſe, adfli-
ctum & egenum
à diripientibus eum?*

ſa foueam foderunt in
peruiciem meam.

8 Eueniat unicuique
eorũ calamitas de im-
prouiſo, & rete illud
quod expandit in per-
niciem meam irretiat
ipſum: in eandem il-
lam foueam quam
mihi parauerat, inci-
dat ipſe.

9 Anima mea gau-
deat & exultet ſeriò,
propterea quòd ſalu-
tem afferre dignatus
ſis mihi.

10 Omnia oſſa mea
dicant non eſſe ſimi-
lem tibi Domine, in
eripiendo paupere à
uiolentia eorum, qui
uiribus illo ſuperiores
ſunt: in eripiendo in-
quam afflicto & ege-
no ab opprimentibus
illum.

11 *Inſurrexerunt*
*iniqui teſtes, qui*
*mihi quæ ignoro*
*imputant.*
12 *Reddunt mihi*
*pro bono malum,*
*deſolationem ani=*
*mæ meæ.*
13 *At ipſi cùm æ=*
*grius haberēt, ue=*
*ſtis mea ſaccus e=*
*rat, ieiunio adflige*
*bā animā meā, &*
*oratio mea in ſinu*
*meo uerſabatur.*
14 *Incedebam ſicut*
*qui ſocium aut fra*
*trem luget: triſtis humiliabam meipſum*
*tanquam in materno funere.*

11 Cōſurrexerunt ad-
uerſum me teſtes ini-
qui, quæ ignorabam
ipſi interrogātes obie-
cerunt mihi.
12 Reddiderunt malū
mihi pro bono, ad ino
piam redigere cona-
bantur me.
13 Ego interim quum
ipſi infirmarentur, pro
ueſtimento uſus ſum
ſacco: & ieiunio mace
raui me, & precibus
impetraui à Domino,
quæ uolui pro eis.
14 Tanquā ſi ſummus
amicus, imò frater q-
uis eorum fuiſſet mihi,
omnia humanitatis of
ficia exhibui eis in ad-
uerſis: nō aliter quàm
qui matrē lugens, pul-
latus et capite demiſſo
inceſsi.

15 *Ego uerò cùm peius habeo, læ=tantur, cõcurſant, cõcurſant uel claudi aduerſum me imprudentẽ etiam: ueſtem ſcindunt, neq; à planctu ab=ſtinent.*

16 *Sed per hypocriſim ſimulant ſub=cinericiũ quoq;, at interim frendũt in me dentibus ſuis.*

17 *Domine quãdo inſpicis? reſtitue à contumelia ipſorũ animam meam, & à tyrannis unicam meam.*

15 E contrario quoties mihi aduerſi aliquid accidit, uoluptatem ex meo malo capiebant, & cõgregabantur: cõgregabantur inquam aduerſum me homines deprauati: qui læſi à me nulla re fuerant, proſcindebãt me cõuitijs ſine intermiſſione.

16 Vnà cum ſcurris & irriſoribus fruſto panis cõductis, non deſtiterunt frendere contra me dentibus ſuis.

17 Domine quãdo tandem horũ habebis rationem? libera quæſo animam meam ab ijs: qui perdere conantur eam, à catulis leonum ſolitariam & omni humano auxilio deſtitutam.

18 *Vt gratias tibi*
*agam coram fre=*
*quenti eccleſia, & *
*in populo ingenti*
*laudem te.*
19 *Neq; gaudeant*
*ſuper me mendaces*
*inimici mei, fruſtra*
*annuant oculo qui*
*me odio habent.*
20 *Nihil enim pa=*
*catum cogitāt, ſed*
*cum terra in tran*
*quillitate eſt, frau=*
*dulenta conſilia ca*
*piunt.*
21 *Adperuerūt ſup̄ me rictū ſuū, dicunt:*
*Ohe ohe, nunc uidimus oculis noſtris.*
22 *Tu Domine quoq; uidiſti, ne ergò cum*

18 Accepta referam ti-
bi omnia mea, idque
palàm in hominū fre-
quentia apud populū
fortem laudibus extol
lam te.
19 Nō habeant anſam
inſultandi, qui hoſtili-
ter inſequunt̄ me ſine
ratione: nec illi, q̄ odio
me hn̄t abſq; ulla cau
ſa, & ſubſannant me.
20 Nō enim q̄bus tuto
fidi poſsit loquuntur,
ſed aduerſus inſontes
qui in terra degunt, do
los concinnant.
21 Dilatauerunt os cō
tra me, & inſultantes
clamauerunt, optimè,
optimè, tandem uide-
runt quæ uoluerūt o-
culi noſtri.
22 Vidiſti hæc omnia,

ſteris, Dñe ne ab=
eas longius à me.
23 Euigila & exur
ge ut uindices cau=
ſam meam domine
deus meus.
24 Vindica me pro
tua iuſtitia dñe de=
us meus, ut nõ gau
deant de me.
25 Neq; dicant in
cordibus ſuis, Eu=
ge anime mi: nec di
cant, Vicimus eũ.
26 Erubeſcãt & cõ
fundantur pariter
qui malo meo gau
dẽt, induantur pu
dore et ignominia,

ne quæſo diſſimula do
mine , ne deſere me,
quemadmodũ ſolent,
qui procul abeuntes
amicum relinquunt in
periculis.
23 Profer te, & oſtende
in cauſa hac mea, ipſos
ea quæ faciunt, te dor-
miente non facere : ſed
quãuis non appareat,
te deum dominum me
um diligentiſſimè cu-
rare negocia mea.
24 Iudica quod iuſtum
eſſe nouiſti domine mi
deus : & fac ne habeãt
quare ipſi cõpotes uo-
ti irrideant me.
25 Non habeant cur
dicant in corde ſuo, ex
animi noſtri ſententia
hęc res ſucceſſit nobis:
neq; iactent ſe proſtra
uiſſe me.
26 Pudore afficiantur,
& infames fiant, quot-
quot uoluptatẽ capiũt

*q̃ de me gloriãtur.*
27 *Exultẽt & lætẽ*
*tur qui ſauẽt inno=*
*centiæ meæ, ita ta=*
*men ut ſemper di=*
*cant, Magnus eſt*
*Dñs qui amat ſalu=*
*tem ſerui ſui.*
28 *Lingua uerò mea*
*meditetur iuſtitiam*
*tuã, & laudẽ tuam*
*omni tempore.*

PSALMVS
XXXVI.

1 Dixit in iuſtus, ut delīquat in ſemet-ipſo.

*SIc ſentit cor*
*meum de auda*
*cia impij, quòd nõ*
*habeat Deum ante oculos ſuos.*
2 *Etiamſi uelut blandiatur ei ante ocu*

ex malo meo: induant
confuſionẽ & pudorẽ,
quotquot erigunt ſeſe
ut noceant mihi.
27 Gaudeant & læten
tur quibus placet inno
cẽtia mea, & dicant iu
giter, magni fiat dñs,
qui pacem habere uo
luit ſeruum ſuum.
28 Lingua mea ſedulò
prædicabit iuſtitiã tu-
am, & laudes tuas can
tabit aſſiduè.

XXXVI.

1 PErſuaſit, quan-
tum animo poſ-
ſum concipere,
ipſa nequitia impio ex
legi, nõ eſſe metuendũ
illi, ne Deus ſuppliciũ
ſumat de ſceleribus il-
lius.
2 Blandis perſuaſioni-
bus egit apud illum, ut

*los, à ſcelere tamẽ*
*odij illius non ab=*
*horret.*
3 *Verba oris eius*
*dolus & flagitia*
*mera, doceri renu=*
*it ut bene agat.*
4 *Scelus parat in*
*cubili ſuo, ſociat ſe*
*cuicunq; uiæ non*
*bonæ, malum autẽ*
*non fugit.*
5 *Quum Dñe bo=*
*nitas tua uſque ad*
*cœlos, & uſque ad*
*nubes ueritas tua*
*latè pateat.*
6 *Iuſtitia tua mon*
*ti robuſto, & im=*

placere incipiat ipſe ſi
bi flagitijs ſuis: quare
ſic offenditur Deus, ut
ipſum cum ſceleribus
ſuis deprehẽſum, odio
perſecuturus ſit perpe
tuò.
3 Sermo illius iniqui-
tatis, & fraudis ple-
nus eſt: noluit reſipiſce
re, neq; uitam in me-
lius commutare.
4 Cogitabit noctu ia-
cens in lecto, quibus ar
tibus opprimat pluri-
mos: ſectabitur uitæ ge
nus peſſimum, nullum
genus malitiæ præter
mittet.
5 Domine quicquid
ambitu cœlorum con-
tinẽt, benignitatis tuæ
particeps eſt: & cõſtan
tiam propoſiti tui ſen
tiunt quæcunque in-
ter terrã & nubes me-
dia ſunt.
6 Iuſtitia tua magni-

*menſæ abyſſo æqui*
*tas tua ſimilis ſit:*
*quum tu homines*
*& iumenta ſerues*
*Domine.*
7 *Quàm pretioſa*
*eſt bonitas tua ô*
*deus, qua freti filij*
*hominũ alarũ tua=*
*rum umbra fidũt.*
8 *Saturantur uber*
*tate domus tuæ, et*
*flumine deliciarum*
*tuarum potantur.*
9 *Apud te enim eſt*
*fons uiuus ac per=*
*ennis, & in luce tua uidemus lucem.*
10 *Obtende bonitatẽ tuam his qui te co*
*gnoſcunt, & iuſtitiã tuam rectis corde.*

tudine ſuperat montes
altiſsimos, iudicia tua
profundiora ſunt pro-
fundiſsima abyſſo, ho
minem & beſtiam ſal-
uabis Domine.
7 Quàm eſt magnifa-
cienda benignitas tua
deus, per quam poſteri
Adæ, ueluti latentes
ſub umbra alarũ tua-
rum, tuti degunt.
8 Fruentur copia carũ
rerum, quibus abũdat
domus tua, & ueluti
flumine uariarũ uolu-
ptatum potabis eos.
9 Apud te enim fons
eſt uitæ perẽnis, ubi il-
luminati fuerimus lu-
mine tuo, à tenebris li
beri erimus perpetuò.
10 Benignitatis tuæ co-
pioſius participes fac

11 *Non aſſequatur me pes ſuperbiæ, manus autē impiorum ne cōmoueat me.*

12 *Sed cadant qui ſcelus operantur, deijciantur ut non poßint reſurgere.*

eos, qui agnoſcunt te, & iuſtitiæ tuæ eos, qui candido ſunt pectore.

11 Non perueniat uſq; ad me pedibus ſuis ſuperbus, nec moueat me loco meo impiorū ferox manus.

12 In ipſo conatu collapſi ſunt qui perpetrare iniqua conabantur, proſtrati ſunt, nec poterunt ſurgere.

## PSALMVS XXXVII. — XXXVII.

Noli æmulari in malignā.

1 *Noli imitari malos, nec æmuleris qui quod iniquum eſt, operantur.*

2 *Quoniā ſubitò ſicut fœnū decidun-tur, & ſicut uiride gramē marceſcunt.*

1 Nihil te moueat ſi ſceleratos uideris opulētos, nec illis inuideas proſperitatis tantillū.

2 Similes enim deprehendētur fœno, quod exortum minimo durat tempore: & herbæ ſimiles erunt uirenti, quæ marceſcit ſubitò.

3 *Tu uerò in dñm*
*ſpera, & quod bo*
*nũ eſt operare, ut*
*terram inhabites,*
*& uerè paſcat te.*
4 *Et delectaberis*
*in Domino, qui da*
*bit tibi deſideria*
*cordis tui.*
5 *Expone coram*
*Domino uiã tuã,*
*& fide illo, ipſe e=*
*nim efficiet.*
6 *Vt uelut aurora*
*ꝓdeat iuſtitia tua*
*& æquitas tua ſi=*
*cut meridies.*
7 *Intentus eſto in*
*Dominum, & ſu=*

3 Fiduciam tuam collo
ca in domino, & ſecta
re quod bonum eſt, ut
terram inhabites lõgo
tempore, & paſcas &
augeas aſsiduè de dño
conceptam fidem.
4 Si oblectaueris te do
mino, dabit tibi quan
tum animo concupiſce
re poteris.
5 Committe Domi
no ſtatum rerum tua
rum, fide illi, optima
eñ fide curabit & te,
& tua omnia.
6 Et faciet ut tam ſit
conſpicua iuſtitia tua,
quàm eſt lumen ſolis:
& æquitates tuæ, licet
nunc nonnihil obſcu
rentur impiorum felici
tate, tam claræ fiet, q̃
eſt ſol in ipſo meridie.
7 Patienter expecta do
minũ, & fer æquo ani
mo, ſi quid ab illo tibi
immittatᷣ aduerſi, neq;

*ſpice illũ: noli æmu
lari cum cui omnia
ꝓſperè ſuccedunt,
hominem qui ſcele
ratè uiuit.*

8 *Remitte iram, de-
ſere indignatio-
nem, noli ſic æmu-
lari ut malè agas.*

9 *Qui enim malè
agũt, excindũtur:
qui uerò Dominũ
expectant, terram
poßidebunt.*

10 *Paululũ ſuſtine,
& impius non ſu-
pererit, cumq; ad-
uerteris ad locum eius, nullus aderit.*

11 *Humiles autem poßidebunt terram,*

contriſteris, ſi uideris
alium quempiam feli-
cius augere ſua, quod
ſæpe numero ſcelera-
tiſsimo cuique euenire
ſolet.

8 Cohibe animũ tuum
ab ira, & pelle furorẽ
nec ſic incendaris, ut
illorum ſceleratorum
exemplo, ad perpetrã-
da ſimilia animum in-
ducas.

9 Scelerati enim homi-
nes ſubuertentur, qui
uerò Dominum pa-
tientes expectant, ue-
lut hereditario iure ter
ram poſsidebunt.

10 Breuiſsimè ſic inte-
ribit impius, ut ueteris
pompæ, qua admira-
tioni fuit multis, nihil
reliquum uiſurus ſis.

11 Interim modeſti poſsi-

*& multa pace fru-
entur.*

12 *Inſidiatur im-
pius iuſto, & ſtri-
det ſuper eum den
tibus ſuis.*

13 *Dominus autem
ridet illũ, quoniam
uidet quãdo tẽpus
eius adfuturũ ſit.*

14 *Gladiũ ſtringũt
impij, & arcũ ſuũ
tendũt ad deijcien
dũ humilẽ & ege-
num, ad trucidan-
dum eos qui uia
recta incedunt.*

debunt terram, & tran
quilliſsimè uiuent na-
cti pacem, quæ pluri-
ma ſecum cõmoda al-
latura ſit.

12 Conabitur impius
iuſtum ſubuertere, &
frendet aduerſus illum
dentibus ſuis.

13 Dominus ridebit mi
nas illius: nouit enim
quàm ſit in propin-
quo tempus, quo ipſe
peribit.

14 Gladiũ è uagina exe
merunt impij, & arcũ
ſuũ tetenderũt, ſi quo-
modo proſternere poſ-
ſent inſontem huma-
no præſidio deſtitutũ,
& eos deuorare, qui in
noxiè uiuunt.

15 Gladius eorũ pene-
trabit cor eorũ, & ar-
cus eorũ confringetur.

15 *Gladius eorum penetrabit in cor eo
rum, & arcus eorum frangentur.*

16 *Puſillũ iuſti præſtantius eſt ingenti impiorum copia.*

17 *Quoniã brachia impiorum corrumpuntur, iuſtos aũt firmat Dominus.*

18 *Nouit Dñs innocẽtiũ quoq; tẽpus, nã hæreditas eorũ erit ſempiterna.*

19 *Non pudefiẽt in periculoſo tempore, & in fame ſaturabuntur.*

20 *Sed impij peribunt, & hoſtes domini, perinde ac precioſi arietes in fumum rediguntur, conſumentur.*

16 Satius eſt paululum habere & parũ iuſtè, quàm diuitias plurimas, quomodo habẽt eas improbi.

17 Poſteritas enim impiorũ diſsipabit, ſeruabit uero iuſtos dñs.

18 Nouit dominus dies iuſtorum, & curæ ſunt illi, & hæreditas eorum perpetua erit.

19 Non fruſtrabuntur ſpe ſua, quando alios inuoluet temporis infelicitas, & alijs fame laborantibus, ipſi ſaturabuntur.

20 Impij peribunt interim, & inimici Domini, non aliter quàm adeps agnorũ, qui adoletur ſuper altare, finẽ capient, unà cum fumo deficient.

21 Fœnerat impius & non donat, iuſtus autem cum benignitate donat.

22 Quibus aũt hoc probabitur poſſidebunt terram: & qui hoc execrantur, extirpabũtur.

23 À Domino diriguntur greſſus boni uiri, & uiam eius amat.

24 Cùm ruit, non corruit: Dñs enim ſuſtinet manu ſua.

21 Mutuum accipit impius, nec reddet: iuſtus autẽ miſericordia motus, ultro dat ijs, qui opus habent.

22 Quare qui bene precantur ob iuſtitiam eius, terram poſsidebunt: qui uerò maledicũt, extirpabuntur.

23 A Domino dirigentur greſſus uiri, & uitæ genus quodcunq; elegerit, gratum erit illi.

24 Si ceciderit, non ſupplantabitur: dominus enim apprehenſa manu eriget illum.

25 Iuuenis fui, & diu uiuendo ſenex factus ſum, nec tamen uidi iuſtum deſertum, nec ſemen illius laborare inopia uictus.

25 Puer fui, & nunc ſenui, nũquam tamen uidi iuſtum derelinqui, nec ſemen eius quærere panem.

26 *Etiamſi nūquàm*
*non det per miſe=*
*ricordiam mutuò,*
*hinc fit, ut ſemen*
*eius fęliciter rebus*
*fruatur.*
27 *Fugit malum,*
*& ſectatur bonū,*
*& inhabitat in per*
*petuum.*
28 *Dñs enim amat*
*æquanimitatē, neq;*
*deſerit ſanctos ſu=*
*os, ſed in perpe=*
*tuum cuſtodiūtur.*
*Semen autem impiorum excindetur.*
29 *Iuſti uerò poſſidebunt terram, & in*
*perpetuum habitabunt ſuper eam.*
30 *Os iuſti meditatur ſapientiam, & lin=*

26 Aſsiduè in omnes mi
ſericors eſt iuſtus, &
mutuò dat: quare po-
ſteri illius diuitijs abū
dabunt.
27 Fuge malū, & ſectare
quod bonū eſt, ut poſ-
ſis durare perpetuò.
28 Amat enim Domi-
nus quod æquum eſt,
nec unquam deſeret
ſanctos ſuos, cuſtodia
enim adhibita illis eſt
perpetua, impiorū ue-
rò poſteritas extermi-
nabitur.
29 Iuſti tanquam ſuam
poſsidebunt terram, et
inhabitabunt eam diu
tiſsime.
30 Os iuſti tractabit ſa
pientiam, & lingua eius
loquetur quæ ad rem

*gua eius æquitatē*
*loquitur.*
31 Lex enim Dei
*ſui in corde eius*
*eſt, unde non ſal=*
*luntur uiæ eius.*
32 *Obſeruat impius*
*iuſtum, & quærit*
*eum occidere.*
33 Dominus autem
*non relinquit eum*
*in poteſtatē eius,*
*neq; ut damnet eū*
*cum iudicat illum.*
34 *Spera in Domi*
*nū, & cuſtodi uiā*
*eius, & exaltabit te ut poßideas terrā,*
*& excidium impiorum uideas.*
35 *Fuit cùm uiderem impiū irroboreſce*

permanebunt.
31 Doctrina dei ſui ſta-
bilitum habet cor, qua
re ſtabilis erit, & à la-
pſu ſecurus pes eius.
32 Obſeruat impius iu-
ſtū, & ſtudioſe quærit
quomodo occidat eū.
33 Sed Dominus non
ſinet eū opprimi tyran
nide illius, nec pmittet
cum impietatis conuin
ci, quando cauſa eius
in iudicio tractabitur.
34 Expecta ergo patien-
ter aduentū domini, &
uiue ſecundum præſcri
pta illius: quod ſi fece-
ris, extollet te, & terræ
præficiet, & quando
impij ſubuertentur, tu
interitum eorum ſecu-
rus aſpicies.
35 Vidi impium poten

*re,et ſurgere ſicut*
*uirentem laurum.*
36 *Sed ecce dicto ci*
*tius nullus erat,*
*cũq; eũinueſtigarẽ*
*non inueniebatur.*
37 *Cuſtodi integri=*
*tatem, & quod re*
*ctum eſt contem=*
*plare,hæc enim po*
*ſtremo homini pa=*
*cem conciliant.*
38 *Cùm tranſgreſ=*
*ſores ſimul exter=*
*minati erunt : im=*
*piorum enim poſtrema ſunt excidium.*
39 *Salus autem iuſtorum à Dño:hic enim*
*eſt robur eorum in articulo anguſtiæ.*
40 *Dominus fert eis opem & eripit eos.*

tem,& uirentem,& ſi-
milem lauro quæ uiret
perpetuò.
36 Sed paulò pòſt obi
ter præteriui locum in
quo antea floruiſſet il-
le,uerũ inueniri nõ po
tuit,euanuerat enim.
37 Sit tibi curæ integri
tas,& ſpecta ſemper id
quod rectum eſt : eum
enim qui talis eſt, pax
manet perpetua.
38 Scelerati omnes fun-
ditus ſubuertentur:exi
tus impiorum erit mi-
ſerabilis.
39 Salus proueniet iu-
ſtis à Domino, fortitu
do eorum ipſe erit tem
pore afflictionis.
40 Et auxiliabitur eis
dñs, liberabit inquam

*eripit & ſaluat eos*
*ab impijs, quoniã*
*ſperant in eum.*

PSALMVS
XXXVIII.

1 *DOmine ne*
Dñe ne in furore tuo arg. *quæſo in fu=*
*rore tuo arguas*
*me, neq; in feruore*
*tuo me corripias.*
2 *Sagittæ enim*
*tuæ infixæ ſunt mi*
*hi, fixa eſt ſuper*
*me manus tua.*
3 *Nihil relinqui=*
*tur integrũ in car=*
*ne mea ab indigna*
*tione tua, nihil in=*
*tegrum in oſsibus meis à peccato meo.*

eos ab impijs, & ſalu-
tem adferet illis, quia
ſpem ſuam poſuerunt
in eo.

XXXVIII.

1 NE queſo domi
ne ꝓ graui ira
etſi iuſtiſſimis
de cauſis aduerſum me
cõcepta ſit, caſtiges me:
neque pro bili, quam
ego meis ſceleribus mo
ui tibi, animaduertas
in me.
2 Iam nunc enim tuæ
ſagittæ alté infixæ hæ
rent in me: & manu
tua proſtrauiſti me.
3 Nihil integrum eſt
in toto corpore meo,
præ metu quem de te
concepi irato: nihil eſt
in oſſibus meis quie
tum, propterea quod
peccatorꝝ conſcius mi
hi ſum.

4 *Scelera enim mea*
*tranſcendũt caput*
*meũ, & uelut im=*
*mane pondus gra=*
*uiora ſunt quàm fe*
5 *rendo ſim.*
*Putent ac tabe=*
*ſcũt uomicæ meæ,*
*à ſtultitia mea.*
6 *Adflictus et humi*
*liatus ſum eouſq;,*
*ut omne tẽpus mi=*
*hi faſtidioſum ſit.*
7 *Pleni ſunt miſeria*
*lũbi mei, & in me*
8 *toto nihil ſaluũ eſt.*
*Fractus & com=*
*minutus ſum uehementer, eiulatum ex=*
*primit mihi fremitus cordis mei.*

4 Iniquitates ſuperaue-
runt caput meum: &
factæ ſunt grauiores,
quàm quibus ferendis
ſufficiam.
5 Putruerunt & recru
duerunt malè obdu-
ctæ cicatrices meæ: ꝓ-
pter inſignem ſtultitiã
meam.
6 Peccati pondere de-
preſſus ſupra modum
humiliatus ſum, toto
die habitu lugubri ob-
ambulaui triſtis.
7 Inteſtina enim mea
feruenti plaga plena
ſunt, quæ ſic erumpit,
ut nihil in corpore in-
tegrum reliquerit.
8 Debilitatus ſum, &
modis tam miris uulne
ratus, ut præ intole-
rabili animi cruciatu
uocem ædiderim non

9 *Domine notum eſt tibi omne deſiderium meum, & gemitus meus non te latet.*

10 *Cor meũ palpitat, reliquit me robur meũ, & acies cũ ipſis oculis non eſt mecũ amplius.*

11 *Amici & proximi mei è regione ſtabant cum percuterer, cognati uerò longè aberant.*

12 *Et irruerunt in me qui inſidiantur uitæ meæ: & qui malum mihi concinnant, fraudes ac dolos omni tẽpore excogitant ac meditantur.*

humanã, ſed rugitum potius leoninum.

9 Domine notum tibi eſt deſiderium meum, & ſuſpirium meum nõ latet te.

10 Cor meum palpitat intra me, deſtituit me robur meum: & lumen oculorum meorum non habeo in poteſtate mea.

11 Amici olim mei, & familiares è regione plagæ meæ ſteterũt: & uicini mei procul à me fuerunt ſemoti.

12 Retia expandunt inſidiantes uitæ meæ, & ſtudentes incõmodare mihi loquebantur ſcelerata, & fraudes aſſiduè machinabantur.

13 *Ego autem uelut*
*ſurdus nõ audio,et*
*ſum ſicut mutus q̃*
*os non adperit.*
14 *Sum ſicut homo*
*qui non audit, & *
*ob id redarguere*
*nequit.*
15 *In te enim ò dñe*
*ſpero, tu reſponde*
*bis ſpei meæ Domi*
*ne Deus meus.*
16 *Nã iſtud poſtulo,*
*ne meo malo gau=*
*deãt,neq; lapſu pe*
*dum meorũ magni*
*ficè gratulentur.*
17 *Equidẽ ad flagrũ*
*paratus ſum, & uibices meæ nunquam*

13 Ego uerò tanquam
ſurdus audire diſſimu
labam: & factus ſum
ueluti mutus non ape-
riens ad reſpondẽdum
os ſuum.
14 Et ſimilis eram uiro
qui nihil audit, nec di
luit quæ illi obijciun-
tur crimina.
15 Ad te enim dñe anhela
bam:tu audies ſuſpiria
mea dñe mi deus.
16 Valde metuebam ne
nanciſcerẽtur ipſi an-
ſam gloriandi aduer-
ſum me: q̃ quoties uel
tantillũ accepiſſem in-
commodi, erigere ſo-
lent criſtas ſuas.
17 Cauſam habebã me-
tuendi, quòd ferendis
uerberibus deſtinatus
eſſem: quodq́ʒ uulnus
meum cogerer circun-
ferre mecum iugiter.

*excidunt mihi.*
18 *Ipſe enim ſcelus*
*meũ fateor, & pec*
*catum meũ me ſo=*
*licitat.*
19 *Sed hoſtes mei*
*ſalui ſunt ac for=*
*tes, & creſcũt qui*
*me iniuria odio ha*
*bent.*
20 *Quiq; reddunt*
*malum pro bono,*
*calumniantur me,*
*quòd bonũ ſector.*
21 *Ne igitur de=*
*ſeras me Domine*
*Deus meus: ne lon=*

18 Hoc illud eſt graue
animi uulnus, quòd ini
quitatem meam non
poſſum nõ agnoſcere,
dum memet mihi oſten
do: nec dolorem remit
tere ſinit recordatio
peccati mei.
19 Dum ego ad eũ mo
dum affectus ſum, ini-
mici mei uiuunt & ua
lẽt: & numero plurimi
perſequuntur me, nihil
unquam uel re uel uer
bo læſi à me.
20 Quin potius ma-
lum reddiderunt mihi
à quo beneficium acce
perant, aduerſati ſunt
mihi non alia magis
cauſa, quàm quòd uita
mea illorum diſſimilis
erat: facere enim bene
ſtudebam.
21 Vides domine quo
in loco ſint res meæ, quare auxilio ſis mihi Do-
mine mi Deus, & ne relicto me in his periculis tu
procul hinc abſceſſeris à me.

*gè abeas à me.*
22 *Properà ad auxi*
*liandum mihi do=*
*mine ſalus mea.*

PSALMVS XXXIX.

1 *STatuerã cuſto*
*dire uias meas,*
*quo minus lingua*
*mea peccarem, ſer=*
*uabã freno os me=*
*um, impius enim*
*obſeruabat me.*
2 *Cõpeſcebar, ſile=*
*bam, & obmuteſce*
*bam, bono quidem*
*conſilio, ſed exaſperabatur dolcr meus.*
3 *Incaleſcebat cor meum intra me, &*
*meditando ignis magis incendebatur.*

22 Citò accurre, ut au
xilio ſis mihi Domine
autor ſalutis meæ.

XXXIX.

1 STatui ne uerbo
quidem ullo ſine
fructu anſam præ
bere impijs calumniã-
di: frenum adhibebo
ori meo quandiu nego
tium mihi fuerit cum
impio.

Dixi cu-
ſtodiã ui
as meas,
ut non.

2 Obmutui penitus,
abſtinui etiam bonis,
metuens ne & illa in
calumniam raperent:
quamuis ea taciturni-
tas uehementer auxe-
rit dolorem mihi.
3 Concaluit intra me
cor meũ, et quũ animo
reuoluerem, quibus in
malis eſſem, non aliter
æſtuabam, quàm ſi

*Sic ergò lingua diſ*
*ſerebam.*
4 *Indica mihi do=*
*mine finẽ meũ,&*
*modus dierũ meo=*
*rum quis nam ſit,*
*ſciam quæſo quan=*
*do defecturus ſim.*
5 *Ecce tu cõſtitui*
*ſti dies meos palmi*
*lõgitudine,& ætas*
*mea tanq̃ nihilum*
*eſt corã te:& cer=*
*tè tota uanitas eſt*
*uniuerſus hominis*
*ſtatus.* סלה
6 *Nam imagina=*
*riam uitam ducit*
*homo, temerè tumultuatur, adcumulat*

ignis intra me arderet,
qui erumpere cogeret
me in uocem hanc.
4 Fac ſciam dñe finẽ
meum,& numerũ die-
rum meorum qui reli-
qui ſunt adhuc, ut co-
gnoſcam quanto tem-
pore in miſerijs uiuen-
dum mihi ſit adhuc.
5 Certum eſt enim, te
ueluti in digitis nume-
ratos habere pauciſſi-
mos dies meos, et huius
uitæ tẽpus apud te rem
eſſe penitus nihili: reue-
ra enim modis omni-
bus uaniſſimus eſt, q̃s-
quis eſt homo, quan-
tũuis uideatur eſſe ali-
quid. Ita res habet.
6 Etenim in tenebris to
ta uita ſua uerſabit q̃s-
quis fuerit: & ſine fru-
ctu tumultuabit: colli-
get magno ſtudio mul-
ta, neſcius interim i cu-

*& neſcit cui ea cõgreget.*

7 *Nũc igitur quid expectem Domine? ſpes mea in te eſt ſita.*

8 *Libera itaq; me de omnibus tranſgreſsionibus meis, & obprobrium uanorũ ne facias me.*

9 *Tacebo & non adperiam os meũ, ſi tu iſtud feceris.*

10 *Aufer à me uerbera tua, nã ab ingraueſcente manu tua ego cõſumor.*

11 *Cùm tu hominem propter ſcelus cum*

ius uſus congreget ea.

7 Et ego hoc rerum ſtatu, quid aliud opto Domine? quàm ut ſuccurras mihi, à nemine enĩ ſubſidium expecto niſi à te.

8 Et ut ab omnibus peccatis meis liberes me, nec ſinas me fieri ludibrio ſtolidis, & impijs hominibus.

9 Obmutui non aperturus os meum, quòd ſcirem ad exercendam patientiam abs te immitti hæc mihi.

10 Aufer pauliſper à me flagellum tuum, præ metu enim manus tuæ propemodum exanimatus ſum.

11 Caſtigationibus, ob iniquitatem immiſſis, erudire ſoles hominẽ: & abſumere, donec reſipiſcat quicquid in

*obiurgatione cor=*
*ripis, iam tabeſcit*
*uelut à tinea quan*
*tus quãtus eſt, ad=*
*eò friuola res eſt*
*homo.* סלה
12 *Exaudi Domine*
*orationem meam,*
*clamorem meũ au=*
*ribus cape, ne diſſi*
*mules lachrymas*
*meas: etiamſi apud*
*te aduena ſim &*
*peregrinus ſicut*
*omnes patres mei.*
13 *Dimitte me facta*
*gratia, priuſquam*
*abeam & nullus ſiam.*

eo eximium fuerat,
quemadmodum tinea
ueſtimentum conſue-
uit: quare nihil niſi
mera uanitas eſt quiſ-
quis fuerit homo. Ita
res habet.
12 Audi precationem
meam Domine, & cla
morem meum auri-
bus hauri: ad fletum
meũ ne obſurdeſcas:
peregrinus enim ſum
apud te & alienigena
quales fuerunt omnes
progenitores mei.
13 Abſtine paululum
à flagellando me, ut
uires priſtinas recipiã:
priuſquàm migrare co
gar nunquàm reditu-
rus huc.

XL.

PSALMVS XL.

1 CVm diu expe
ctauiſſem Do
minum, tandem at=
tendit mihi, &
exaudiuit clamorē
meum.
2 Extraxit me de
ꝓfundo lacu, & de
luto cœni: ſtatuit ī
petrā pedes meos,
et dirigit iter meū.
3 Quare carmen
nouum ori meo in=
ſeruit, gratiarum
uidelicet actionem
Deo noſtro.
4 Vniuerſi cōſide
rent, & metuāt, ac ſperent in Dominū.
5 O' felicem uirum qui fiduciā ſuam in

1 SOllicitè expectās
expectaui, donec
præberet ſe mihi
Dominus: & exaudi-
ret clamorem meum.
2 Et extraheret me è
puteo illo calamitoſo
& luto ſordidiſsimo,
& conſtitueret me in
rupe erectum in pedes
meos: uiam mihi præ-
parans, per quam am-
bularem inoffenſè.
3 Et immitteret in os
meum carmen, quo
noua decantentur, &
īaudita beneficia Dei
noſtri.
4 Videbunt hæc plu-
rimi & reuerebuntur
Dominum, & credent
ſe illi.
5 Beatus ille uir, qui
ponit in Domino fi-
duciam ſuā, nec admi-

Expectās expecta-
ui dñm,
& intēd.

*Dominum habet,*
*qui ad faſtũ ſe non*
*conuertit, ſed auer*
*tit à uanitate.*
6 *Tu enim Dñe*
*Deus meus admirã*
*da facis innumera,*
*et cõſilia tua apud*
*nos exẽplo carẽt:*
*memorare & nar*
*rare ea cũ ĩſtituo,*
*plura ſunt q̃ ut nu*
*merari poßint.*
7 *Victimã & ſa=*
*crificiũ non amas,*
*at aurem mihi uel=*
*licas, holocauſtum*
*& expiationis ho*
*ſtiam nõ requiris.*

ratur eos, qui iactant
uires ſuas & ſectantur
fluxa hæc, quæ ali-
quid eſſe uidẽtur, quũ
nihil ſint.
6 Plurima deſignaſti
tu Domine admiratio
ne dignißima, & cogi
tationes quibus ſedu-
lò curas nos, tam ſunt
multæ & mirabiles, ut
nemo hominum intel-
ligere queat, quãtum
tibi debeat pro illis: ſi
enim alijs enarrare co
ner eas, & uerbis pro-
loqui, inueniam plures
eſſe, quàm ut numera-
re ſufficiam, nedũ uer-
bis explicare.
7 Sacrificium & ob-
lationem non deſide-
raſti, ſed aures purga-
tas dediſti mihi: holo-
cauſtum et hoſtia, quę
pro peccato ſolet of-
ferri, non amplius pla
cent tibi.

8 *Dixi ergò, en*
*ipſe ueniã: ĩ prima*
*pagina libri ſcri=*
*ptum eſt de me,*
9 *Vt faciam quod*
*tibi placitum eſt, ô*
*Deus meus, quod*
*& mihi probatur:*
*nam & lex tua in*
*medio uiſcerũ meo*
*rum ſcripta eſt.*
10 *Prædico iuſti=*
*tiam corã tota ec=*
*cleſia: en labia mea*
*non ceſſant Domi=*
*ne, ut uides.*
11 *Iuſtitiã tuã de medio cordis mei non*
*celo, ueritatẽ & ſalutẽ tuã dico, nõ diſ=*
*ſimulo bonitatem & fidem tuã coram*

8 Tum dixi, ecce ego
ipſe aduenio, in uolu-
mine libri ſcriptum eſt
de me.
9 Facere quod placeat
tibi mi Deus uehemẽ-
ter cupio, & doctrinã
tuam in penetralibus
pectoris mei deſcriptã
habeo.
10 Prædicaui iuſtitiã
in frequẽtia populi ma
xima, certè labijs meis
non peperci: qđ & tu
Dñe optimè noſti.
11 Iuſtificationẽ tuam
non inuidebam alijs,
abſcondens eam intra
anguſtias cordis mei:
conſtantiam tuam in
promiſsis, & quã pro-
miſiſti te allaturũ mi-
ſeris ſalutẽ, palàm an-
nunciaui, nec deſtiti

*uniuerſa eccleſia.*
12 *Tu ergò* Domi
*ne miſerādo ne ceſ*
*ſes à me: bonitas*
*& fides tua ſemp̄*
*defendant me.*
13 *Quoniā obrue*
*rūt me mala, quo=*
*rum non eſt nume*
*rus, comprehen=*
*derunt me ſcelera*
*mea, ut nequeā di*
*ſpicere, plura enī*
*ſunt quàm pili ca=*
*pitis mei, & cor*
*meū dereliquit me.*
14 *Feſtina* Domine
*ut liberes me* Do=
*mine, & ad auxiliādum mihi propera.*

commemorare pluri-
mis, q̄ ſis benignus,
& quàm tutò fidi per
omnia poſsit tibi.
12 Ne nega quæſo
tu Domine omnimo-
dam illam miſericor-
diam tuam mihi, ſed
benignitas tua & con-
ſtantia, in ſeruādis p̄-
miſsis, tutētur me per-
petuò.
13 Circundederunt e-
nim me mala innume
rabilia: apprehende-
rūt me iniquitates plu
res quàm ut eas uiſu
aſſequi potuerim: ſupe
rauerūt numero capil
los capitis mei, quare
& animus meus deſti-
tuit me.
14 Dignare quæſo li-
berare me Domine,
ad ferēdum auxilium
mihi accurre.

15 *Erubeſcant & cõfundantur citò, qui quærũt animã meam, ad perdendum eam, retro cedant & adficiãtur ignominia qui mea calamitate gaudent.*

16 *Vaſtētur deniq; poſt confuſionem ſuã, q oggannīunt mihi, ohe, ohe.*

17 *Gaudeant autẽ & lætentur in te, omnes qui quærũt te, & qui ſalutem tuam amant, iugiter dicant, magnificetur Dominus.*

15 Suffundantur pudore & ignominia afficiantur ad unum omnes, qui perſequuntur animam meam ut perdant eam: conuertantur in fugam ſpe ſua fruſtrati, notentur infamia, qui uoluptatem capiũt ex malo meo.

16 Pereãt, mercede accepta pro ignominia qua me afficere conati ſunt, & quotquot inſultãtes dicũt in aduerſis meis, euge, euge.

17 Gaudeant & lætentur freti fiducia tua, quotquot ſtudent placere tibi: & dicãt iugiter, magnifiat Dominus, quotquot cupidi ſunt aſſequendæ ſalutis tuæ.

18 Ego autẽ humilis & pauper ſum, Dñe cõſule auxilio meo, tu enĩ es liberator meus, Deus meus ne moreris.

## PSAL. XLI.

Beatus q intelligit ſuper egenum.

1 Beatus eſt qui pauperis rationẽ habet, quoniã in periculi tempore liberabit eum Dominus.

2 Dominus cuſtodiet eum, ſaluũ & beatum faciet eum in terra, neq; tradet eum in manus hoſtium eius.

18 Quanquam autem pauper ego ſum, & omni humano auxilio deſtitutus, Dominus tamen curam ſuſcepit mei, quare quũ auxilium meum & ſeruator meus ſis tu, oro te mi Deus, ne procraſtineris diutius.

## XLI.

1 Felix ille, qui nõ aſpernatur afflictũ, quin potius prudenter rem apud ſe perpendens ſic cogitat, cui nunc ab amico Deo immittuntur mala hæc, illum eripiet Dominus è malis grauioribus, quę alios manent.

2 Dominus curam geret illius, & uitæ priſtinæ reſtituet, & diuitẽ in terra faciet, nec ſinet eũ premi tyrãnide hoſtium ſuorum.

3 *Dominus reſti=*
*tuet eum cùm decu*
*buerit: tu Domine*
*commutas omnem*
*ægritudinem eius.*
4 *Hinc ego quoq; dico, ô Domine mi*
*ſerere mei, ſana ani*
*mam meã, quia pec*
*caui aduerſum te.*
5 *Inimici mei dicũt*
*malè de me, quãdo*
*morietur: ut pere=*
*at nomen eius.*
6 *Et ſiue ingre=*
*diatur ad inſpiciẽ=*
*dum, ſiue egredia=*
*tur, ſic loqtur cor*
*eius, & ſcelus ſibi*

3 Dominus auxiliabi
tur illi etiã in cubiculi
ob dolorẽ decumbẽti,
quin & lectum illius
totum, angulis undiq;
uentilatis, in ipſo mor
bo uerſabis Domine,
ut mollius cubet.
4 Ego ĩ morbo cõuer
ti me ad te, & dixi,
Dñe miſereat te mei,
ſana animã meã, lan-
guet enim ꝓpterea, ꝙ
peccauerim ego in te.
5 Inimici malè preca
bantur mihi dicentes,
quando tandem mo-
rietur, & abolebitur
nomen illius?
6 Si fortè fortuna ue-
nit quiſquam illorum,
ut uiſeret me, loque-
batur fucatè, addebat
ſceleri ſcelus, longè a-
liud habens in animo
quàm in ore: egreſſus
enim à me foras, lin-
guã aduerſum me ſuo

*accumulet.*
7 *Aduerſum me*
*cõcurſant ſimul o=*
*mnes inimici mei,*
*& malum conſi=*
*lium aduerſum me*
*capiunt.*
8 *Hoſtile uerbũ ia*
*ctatur inter eos: q*
*iacet, nõ reſurget.*
9 *Sed & ſodalis*
*meus, quo unicè fi=*
*debam, quiq; pa=*
*nem meũ edebat,*
*ſtrenue inſidiatus*
*eſt mihi.*
10 *Tu igitur Do=*
*mine miſerere mei,*
*& reſtitue me, ut reddam eis.*

more exacuebat.
7 V nanimiter aduer
ſum me conſpirabant
quotquot erãt oſores
mei, aduerſum inquã
me, à quo læſi nũquã
fuerant, ſtudioſè cogi-
tabãt quomodo noce
re poſſent mihi.
8 Morbus, inquiunt,
grauiſsimus corripuit
illũ, & decumbere tã
grauiter cœpit, ut nun
quam ualetudinẽ pri-
ſtinam recepturus ſit.
9 Quin & uir cũ quo
mihi arctiſsima fuit fa
miliaritas, cui fidebã,
qui & meo uictitabat
cibo, ſublato pede ue-
lut calce petebat me.
10 Quare tu Domine
horum habita ratione
miſerere mei, & erige
me, ut illis, quod meri-
ti ſunt, retribuam.

11 *Iſto ſciam quòd me ames, ſi hoſtis meus non inſultet mihi.*

12 *Me propter innocentiam meam quæſo fulcias, & cõſtituas coram te in ſempiternum.*

13 *Collaudatus ſit Dominus Deus Iſraël: ab æterno in æternum, Amen, Amen.*

11 Per hoc cognouī me amari abs te, ꝙ inimicus meus cauſam non habeat gloriandī aduerſum me.

12 Ego enim in ſimplicitate mea, porrigẽte mihi te manũ tuam, perſtiti: quare & conſtituiſti me eo loco, ut ſemper è regione tibi ꝓximè adfuturus ſim.

13 Omni laude maior Dominus Deus Iſraëlis: ab æterno fuit, & uſque inæternum erit, Amen, Amen.

Libri primi finis.

PSAL. XLII.

1 *QVemadmodum ceruus mugit ad riuos aquarũ, ſic clamat aĩa mea ad te ô Deus.*

XLII.

1 QVomodo ceruus anhelare ſolet ad riuulos aqua plenos, ita anhelat anima mea, ut perueniat ad te.

Quẽadmodũ deſiderat ceruus.

2 *Sitit anima mea*
*ad* Deũ *: ad* Deum
*uiuũ quãdo quæſo*
*ueniam,& adpare*
*bo uultui* Dei*?*
3 V*ertuntur mihi*
*lacrimæ meæ, quas*
*nocte & die fundo*
*in cibũ, cùm dici=*
*tur mihi quotidie,*
*ubi eſt* Deus *tuus?*
4 H*æc mecum re=*
*puto, & animi mei*
*mecũ æſtus effun=*
*do: quando delibu=*
*tus proficiſcar ut*
*cũ ſocijs eã domũ*
D*omini, cum exultanti uoce & gratu=*
*latione, cum feſtiuo ac celebri cœtu.*

2 Sitiuit anima mea
Deũ: Deũ, inquã, for-
tem & ualentẽ, quãdo
mihi continget, ut in-
tromiſſus ad te aſpici-
ar placido uultu tuo.
3 Fuit mihi fletus p-
cibo die & nocte, quũ
dicerent, qui inſulta-
bant mihi, ubi nũc eſt
Deus ille tuus?
4 In memoriã reuo-
cabã quæ olim patri-
bus preſtitiſti, & effun
debã intra me animã
meã, memetipſum con
ſolans, & futurũ ſpe-
rans, ut liberet aliquã-
do à malis præſenti-
bus, & hinc tranſeam
cum multis, & profici-
ſcar cum illis uſque in
Domum Dei tali cũ
gaudio, quali feſtus
dies celebrari ſolet.

5 *Quàm deiecta es*
*anima mea & con*
*turbas me? ſpera in*
*Deum, quoniam fu*
*turum eſt ut pro ſa*
*lute reddita gratias*
*agam coram cõſpe*
*ctu eius.*

6 *Deijcit ſe apud*
*me anima mea ò de*
*us, cum ſubinde re*
*cordor tui, à terra*
*Iordanis, et puſillo*
*monte Hermonim.*

7 *Abyßus abyßum*
*inuitauit, cataractæ*
*tuæ uocem dede-*
*runt, omnes nimbi*
*& fluctus tui ſuper me tranſierunt.*

5 Quorſum affligis te
ò anima mea, & tu-
multuaris intra me? ſpe
ra bene de deo, ueniet
enim tẽpus, ut ipſe pro
ſua benignitate eripiat
me ex malis meis, &
ego occaſionem habeã
laudandi, & pro acce-
ptis ab eo beneficijs,
gratias agendi.

6 Mi Deus, anima
mea cruciat ſeſe intra
me: nec habeo quo me
conſoler, niſi recorda-
tione beneficiorum pa
tribus noſtris exhibito
rum iuxta Iordanem,
& à Mitzar uſque ad
montem Hermon.

7 Abyſſus una aliam
inuitat ſono, qualem
ædere ſolent cataractæ
tuæ maximum, fluctus
tui, & malorum undæ
per nos tranſierunt.

8 *Quotidie cōmen*
*dat Dominus boni*
*tatem ſuam, ideo*
*omni nocte laudem*
*Dei uiui canam.*

9 *Et dicā Deo pe*
*træ meæ, cur obli=*
*tus es mei? cur tri*
*ſtis incedo dum ho*
*ſtes me adfligunt?*
*dum oſſa mea per=*
*dunt?*

10 *Calumniantur*
*me inimici mei quo*
*tidie ad me dicen=*
*do, ubi eſt Deus*
*tuus?*

8 Pulſis malorꝝ tene-
bris in die, Dominus
decreuit miſericorditer
agere nobiſcum, quare
ne hac quidem tribula
tionibus plena nocte
à laudando illo ceſſa-
bimus: carmen enim in
laudem illius ſcriptū,
& precatio ad Deum
omnipotentem, & ui-
tæ autorē, ſemper erūt
in ore mihi.

9 Perſuadet ſibi de te,
ò Deus, anima mea,
quòd inſtar rupis fir-
miſſimæ ſis mihi tu:
quouſque ergò obliui-
ſceris mei, & quouſq;
ego triſtis incedere co-
gar propter afflictionē
inimici?

10 Tolerabilius foret
mihi, ſi gladium adige-
rent in uiſcera mea, q̄
impias cōtumelias au-
dire ab inimicis meis dicentibus aſſiduè cum riſu,
ubi nunc eſt Deus ille tuus?

11 *Tu uerò anima mea citò deiecta es & cur conturbas me? ſpera in Deũ, nam futurũ eſt, ut deo meo iterũ pro reddita ſalute gratias agam.*

PSAL. XLIII.

1 *VIndica me deus & defende cauſam meã de gente nõ ſancta: ab hoĩe doloſo & ſcelerato libera me.*

2 *Tu enim es ô deus robur meũ, cur me repellis? cur triſtis incedo hoſtibus me adfligentibus?*

11 Quorſum affligis te ô anima mea, & quorſum tumultuaberis intra me? bene ſpera de Deo, fiet enim adhuc ut gratias agã illi pro ſalute coràm ante conſpectum meũ allata ab ipſo q non dedignabit ſe gerere ꝓ deo mihi.

XLIII.

1 IVdex meus eſto deus, & litiga pro me contra gentem nihil minus quàm ſanctam, à uiro doloſo & iniquo libera me. Indica me deus & diſcer.

2 Tu enim Deus autor eſſe ſoles omnimodæ fortitudinis mihi, quare ergo deſeruiſti me nunc, & uiribus deſtituiſti me, quouſque lugens aſsiduè obambulo oppreſſus tyrannide hoſtis?

3 *Emitte lucẽ & ueritatẽ tuam, iſtæ me ducant & collocent in ſanctum montẽ tuum, & in habitaculum tuũ.*

4 *Vt adeam aram Dei, ad Deum læticiam & exultationem meã, & gratias tibi agam cum cithara ô Deus, deus meus.*

5 *Cur uerò anima mea deiecta es, & cur me moleſtas? ſpera in Deũ, quoniam futurũ eſt ut iterum pro ſalute*

3 Immitte lucem tuam & ueritatem tuam, ut ipſa deducant me, & peruenire faciant uſque ad montem, quem tua ſanctitas inhabitat: imò uſq; in ipſa penetralia cubiculi tui.

4 Vt perueniam uſque ad altare dei, imò uſque ad ipſum Deum autorem inenarrabilis mihi lætitiæ, quam & referam ingenuè acceptam tibi citharæ modulatione deus, animo meo chariſsime deus.

5 Quorſum maceras te ô anima mea, & quorſum tumultuaris intra me? expecta patienter quoad uenerit deus, futurũ enim certò ſcio, ut adhuc laudẽ illum, quòd autor fuerit mihi omnimodè, & ante conſpectũ meũ expoſitæ ſalutis, quodq;

*mihi reddita gra=*
*tias agã deo meo.*

PSAL. XLIIII.

1 *Auribus no=*
*ſtris audiui=*
*mus ô Deus, memo*
*rantibus patribus*
*noſtris, opera, quæ*
*cùm ipſi uiuerent,*
*retro temporibus*
*operatus es.*

2 *Tu enim manu*
*tua, eliminatis gẽti*
*bus, conſeuiſti eos:*
*tu perdidiſti et ab=*
*iecisti populos.*

3 *Non enim gladio*
*ſuo comparauerũt*
*terram, neq; bra=*

non fuerit dedignatus
gerere ſeſe pro Deo
mihi.

XLIIII.

1 Deus auribus no Deus au
ſtris audiuimus ribus no-
patres enim no ſtris.
ſtri commemorauerũt
nobis inſignia illa, &
digna admiratione o-
pera, quæ temporibus
illorum operatus es, et
temporibus quæ illos
præceſſerant, quemad
modum ipſi illa à pa-
tribus ſuis acceperant,
bona fide narrauerũt
nobis.

2 Tu omnipotentia
tua gentes extirpaſti,
& patres noſtros in lo
ca illarum inſeruiſti:
plurima mala tu intu-
liſti populis illis, ut pa
tres noſtros in terras
illorum introduceres.

3 Palàm eſt enim eos
non ſuo gladio cõqui-

*chium ſuum ſalua=*
*uit eos, ſed dexte=*
*ra tua brachiũ tu=*
*um, & lux uultus*
*tui, quoniam gra=*
*tia tua perſequeba*
*ris eos.*
4 *Tu enim es ille*
*rex, & Deus no=*
*ſter, qui mittis Iaa*
*cob ſalutem.*
5 *Te duce hoſtes*
*noſtros uelut cor=*
*nu uẽtilauimus, uir*
*tute tua ſtulti ſper*
*nebamus qui inſur*
*gebant in nos.*
6 *Non enim ſperauimus in arcum no=*
*ſtrũ, neq; gladius noſter ſaluauit nos.*

ſuiſſe terras illas, nec
brachio ſuo uictores e-
uaſiſſe, ſed dextera tua
& brachium tuum, &
fauor relucẽs in uultu
tuo, hæc illis præſtite-
runt, non ob aliud quã
quia libuit tibi benefa
cere illis.
4 Tu es ille quem meri
tò amo, meus ille rex
Deus, qui dignatus es
tam multis modis be-
nefacere Iacob.
5 Quare freti tuo auxi
lio aduerſarios ueluti
cornu petebamus, fre-
ti potentia numinis tui
proſternebamus quot-
quot inſurgere aude-
bant in nos.
6 Non enim in meo
arcu ſpem ponebam:
nec enim meus gladius
ſeruare me potuiſſet.

7 *Sed tu ſaluaſti*
*nos de hoſtibus no*
*ſtris, & inimicos*
*noſtros confudiſti.*
8 *Te Deum noſtrũ*
*collaudemus omni*
*tempore, & maie*
*ſtati tuæ in perpe=*
*tuum gratias aga=*
*mus.* סלה
9 *Nunc autem de=*
*ſeris, & obijcis cõ*
*tumeliæ, neq; pro*
*ficiſceris cũ exerci*
*tibus noſtris.*
10 *In fugam uertis*
*nos corã hoſte, &*
*inimici noſtri conculcant nos.*
11 *Feciſti nos gregi qui laniatur ſimi=*

7 Sed tu victoriam tri-
buiſti nobis de aduer-
ſarijs noſtris, et eos qui
odio nos proſequebã
tur, dedecore affeciſti
ſpe ſua fruſtratos.
8 Quòd Deum pro-
pitium habuerimus, ſe
riò exultare conſueui-
mus: quare maieſtatẽ
nominis tui Domine
ꝑpetuò celebrabimus.
Ita fiet.
9 Sed qui fieri poteſt,
ut nũc deſerueris nos,
& ignominia affeceris
nos, nec ingrediaris no
biſcum, ſicut ſoles, in
prælium?
10 Coegiſti nos terga
præbere hoſtibus, &
præda facti ſumus il-
lis, qui odio habebant
nos.
11 Similes nos feciſti

*les, & inter gẽtes*
*diſperſiſti nos.*
12 *Vẽdidiſti populũ*
*tuum in frequente*
*mercatu, neq; tena*
*citer cõtendiſti de*
*precio eorum.*
13 *Expoſuiſti nos*
*ludibrio uicinorũ*
*noſtrorum, riſui et*
*cachinno his q̃ cir=*
*cum nos ſunt.*
14 *Feciſti nos fabu=*
*lam in gẽtibus, &*
*ſannã in populis.*
15 *Omni tempore*
*ignominia noſtra ante oculos noſtros*
*eſt, & pudor uultus noſtri operit nos.*
16 *Propter uocẽ cõtumeliantis & cõui*

ouibus mactationi de-
ſtinatis, diſperſiſti nos
per exteras & à cultu
diuino alienas natio-
nes.
12 Vendidiſti populum
tuũ nulla pecunia, nec
obulo uno factus es di
tior ex uẽditiõe illorũ.
13 Expoſuiſti nos pro-
bro uicinis noſtris, ſub
ſannationi & ludibrio
ſumus ijs, qui habitant
circum nos.
14 Feciſti nos fabulam
ethnicis, moto capite ir
rident nos populi.
15 Aſsiduè nobis uerſa
tur ob oculos cõtume
lia, pudor faciem occu
pat totam.
16 Propter contume-
lioſam inſultantis no-

*ſtantis, propter ini*
*micos graſſantes.*
17 *Hæc omnia uſu-*
*ueniunt nobis, atta*
*men non obliuiſci*
*mur tui, & fœdus*
*tuū non uiolamus.*
18 *Cor noſtrū non*
*uertitur retro, ſed*
*tu declinaſti greſ-*
*ſus noſtros de ſemi*
*ta tua.*
19 *Comminuiſti nos*
*in puluerē ubi dra*
*conū ſunt cubilia,*
*& mortali umbra*
*operuiſti nos.*

bis uocem, & probris
nos afficientis: & pro-
pter inimicum, qui ſe
gloriatur facultatē na-
ctum, ut nos tanquam
dignos malo affligat.
17 Hæc omnia ferte co
gimur, non quòd ob-
liti fuerimus tui: uel fœ
dus initum tecum ru-
perimus.
18 Non enim aliò abs
te deflexit cor noſtrū,
nec declinauit greſſus
noſter à uijs, quas tu
oſtenderas nobis.
19 Contriuiſti interim
nos locis, quibus nō ho
mines, ſed dracones ha
bitare uidentur, cōte-
xiſti nos caligine tribu
lationis uſque ad mor
tem.
20 Si obliti fuiſſemus
nominis Dei noſtri,

20 *Si obliti fuiſſemus nominis dei noſtri,*
*& manus noſtras ad peregrinū Deum*

*expandiſſemus.*
21 *Iure inquireret*
*ſuper iſto Deus,*
*ipſe enim nouit ab*
*dita cordis.*
22 *Sed propter te*
*trucidamur omni*
*tempore, æſtima=*
*mur ſicut oues ma*
*cello deſtinatæ.*
23 *Exurge igitur,*
*cur ſtertis Dñe? ex*
*pergiſcere, & ne*
*prorſus deſeras.*
24 *Cur uultum tu=*
*um abſcondis? cur*
*obliuiſceris noſtræ*
*tum adflictionis,*
*tũ expugnationis?*

aut expâdiſſemus ma-
nus noſtras imploran
tes opẽ ab alio quàm
te uero Deo.
21 Si quippiam tale fa-
ctum à nobis fuiſſet,
meritò Deus pro eiuſ
modi impietate nobis
hæc mala immitteret:
nunc qui nouit etiam
ea, quæ latent in pe-
netrabilibus cordis,
ſcit nihil in nobis eſſe
tale,&tamen patimur
hæc.
22 Propter te enim oc-
cidimur aſsiduè, æſti-
mamur non pluris ab
ijs, qui nos occidunt,
quàm oues à lanio dũ
mactat eas.
23 Euigila, quouſque
ſtertere uideberis? exp
giſcere,ne ꝑpetuò ne-
glecturus uidearis noſ.
24 Quouſq; faciẽ tuam
abſcondes, tanquam
nullam habeas affli-

25 *Quoniã depreſ=*
*ſa eſt ad puluerem*
*anima noſtra, hu=*
*mi defixus eſt uen*
*ter noſter.*
26 *Exurge igitur*
*fer opem nobis, &*
*libera nos per bo=*
*nitatem tuam.*

PSAL. XLV.

1 *PRofũdat cor*
*meum oratio*
*nem luculentam, ut*
*regi recenſeam o=*
*pus meum. Tu lin*
*gua mea prompti*
*ſcribæ ſtilus eſto.*
2 *Pulcherrimus ho*
*minum es, gratia*

ctionis noſtræ & op-
preſsionis rationem?
25 Proſtrati eñ ſumus
uſq; in terrã, & uenter
noſter terræ adhæret.
26 Exurge tandẽ ut au
xilieris nobis, & libe-
ra nos pro immẽſa be-
nignitate tua.

XLV.

1 ERumpit ex cor-
de meo ſermo
optimus, quem
unà cum reliquis ope-
ribus meis dedico regi,
& lingua mea non mi
nus prompte excipit
quæ illi ſuggerit ani-
mus, quàm ſcribit ca-
lamo, is qui ſcribendi
eſt peritiſsimus.
2 Supra modum for-
moſus es, nec quiſquã
ex poſteris Adæ con-
ferri tecum ulla ratio-
ne poterit: copioſiſsi-
ma effuſa eſt gratioſi-
tas in labia tua, ut ſit

Eructa-
uit cor
meũ uer-
bum bo.

*diffuſa eſt per labia tua, adde quòd Deus beatum te fecit in perpetuum.*

3 *Accinge renes tuos ô heros gladio tuo: honore, gloria & magnificẽtia tua perrũpe.*

4 *Incende & uehere his rebus uelut quadriga, ueritate, fide, mãſuetudine et iuſtitia, & p oĩa diriget te miranda dextera tua.*

5 *Sagittæ tuæ acutæ corda hoſtiũ regis penetrent, populi abs te ſternantur.*

ſermo tuus gratia ſumma conditus: quare & Deus te diuinis muneribus ornatiſsimũ reddidit, quæ nunquam auferentur à te.

3 Accinge gladium tuum femori tuo ô potentiſsime, laudẽ enim & honorem magnifice aſſequeris.

4 Et honorem uirtutibus tuis debitum aſſecutus, tẽta quicquid uolueris, proſperrimè em̃ cedet tibi: ueheris prædicatione fidei & manſuetæ iuſtitiæ, deſignabit ſtupenda dextera diuinitatis tuæ, quæ ſummo tibi cedẽt honori.

5 Vbi ſagittæ tuæ uehementer acutæ penetrauerint corda olim hoſtium tuorũ ô rex: tum nationes uariæ

6 *Solium tuum ô*
*Deus, in perpetuũ*
*et ſi quid ultra eſt,*
*durat, ſceptrum re*
*gni tui, æquitatis*
*ſceptrum eſt.*
7 *Amas iuſtitiam*
*& iniuriam odi=*
*ſti, idcirco unxit te*
*Deus, Deus tuus*
*unguento lætitiæ*
*præ ſodalibus tuis.*
8 *Myrrham, Sta=*
*cten, & Caſſiam re*
*dolet ueſtis tua, de*
*domicilijs eburneis*
*in quibus iucũdè uictitas, prodis, regnũ*
*quoq; filiæ ambitioſa iſta tua inhabitant.*
9 *Conſtat regina ad dexteram tuam in*

ſupplices fient tibi.
6 Solium tuũ regium,
ô Chriſte Deus hoc ſe
culo ſtabile erit, & fu-
turo uſq; in perpetuũ:
ſceptrũ iuſtitiæ erit ſce
ptrum regni tui.
7 Amantiſſimus es iu
ſtitiæ, & odio ꝓſeque-
ris quicqd eſt ab æqui-
tate diuerſum, quare
unxit te Chriſte Deus,
Deus tuus oleo fragrã
tiore quàm ullum un-
quam ſociorum tuorũ.
8 Nihil quàm myr-
rhã, aloen, & caſiam
ſpirant omnia ueſtimẽ
ta tua: ex repoſitorijs
ueſtium eburneis, de-
prompta in hoc, ut te
exhilarent illis.
9 Filiæ regum aderunt

*mundo auri nobi-*
*liſſimi.*
10 *Eã ſic alloquor,*
*Auſculta ò filia, in-*
*ſpice, & aurẽ tuã*
*præbe, atq; obliui-*
*ſcere populũ tuũ,*
*et domũ patris tui.*
11 *Rex enim dea-*
*mat uenuſtatẽ tuã,*
*quia ipſe eſt domi-*
*nus tuus, & adora*
*bis eum.*
12 *Filiæ autẽ Tyri,*
*& diuites populi,*
*allatis muneribus*
*uultum tuum de-*
*precabuntur.*
13 *Omnis decor reginæ uſq; ad intima,*

inter reliquas puellas
nobiles, ſtatuetur tibi
ad dexteram coniunx
ornata auro Ophir o-
ptimo.
10 Audi filia, & rem
perpende, aurem tuam
præbe mihi, ut populi
tui obliuiſcaris, & co-
gnationis paternę ho-
tanti.
11 Captus eſt enim amo-
re inſignis ille rex for-
mæ tuæ, eſt autem, ut
ſcias, hic Rex Domi-
nus tuus, dignus cui tu
in genua ꝓuoluta ſup-
plex fias.
12 Et ſi nuptiæ proceſ-
ſerint, filia Tyri mune-
ribus amicitiam inire
tecum ſtudebit, uenera
bunt te ditiſſimi quiq;
in toto populo.
13 Varius erit ornatus
reginæ regis illius, ſed
non omnium oculis

*& Phrygio opere ois ueſtis eius deaurata & acu picta.*
14 *Ducitur ad regẽ, & cognatæ uirgines poſt eam tibi ueniunt ò rex.*
15 *Adducuntur cum lætitia & exultatione, adducuntur in regiam tuam.*
16 *Pro relictis parẽtibus tuis ò regina erũt tibi filij, quos principes præpones uniuerſo orbi.*
17 *Memorabo nomen tuũ uniuerſæ poſteritati, ut & populi te canant inæ=*

expoſitus: animi enim magis erit quàm corporis: ueſtis illius auro intertexta erit artifiCioſiſſimè.
14 Veſtibus elegantiſſimè uariegatis pducetur ad regem illũ, uirgines comitabuntur illã: adducitur iam nũc cũ ſuis uirginibus regina tibi ò rex.
15 Perducentur cum gaudio & ſumma lætitia, penetrabunt uſq; in intimum palatium regis.
16 In locum patrũ tuorum ſuccedent filij tibi longè præſtantiores patribus illis: quos præficere poteris uniuerſæ terræ.
17 Faciam memorabile nomen tuum apud poſteros omnes: ut celebraturi ſint te uſque ad

*ternum, & ſi quid ultra eſt.*

PSAL. XLVI.

Deus noſter refugium & uirtus.

1 D*Eus refugiũ noſtrum & robur, auxiliũ quo que inedicibile in tribulatione repertus eſt.*

2 *Propterea non timemus etiãſi mo ueatur terra, & de uoluãtur mõtes in abyſſum maris.*

3 *Si tumultuentur & inſurgãt aquæ eius, ſi frendant montes per ſuperbiam ſuam.* סלה

4 *Flumen enim eſt quod cum riuis ſuis*

conſummationẽ ſeculi & in perpetuum.

XLVI.

1 DEus fiduciam nobis ſuppeditat & robur, ut eſt illius mos: ſæpiſſime enim auxilio fuiſſe iis, qui in periculis conſtituti fuerant, deprehenſum eſt manifeſtiſſime.

2 Quare non timebimus etiam ſi ſubuertatur terra, & pręcipitentur montes in medium mare.

3 Tumultuentur licet & ſtrepitum ędant aquæ maris, contremiſcant montes metu maieſtatis illius. Ita fiat.

4 Exterritis aliis fluuius amœniſſimus in uarios diductus riuulos

*lætificat ciuitatem Dei, ſanctum tabernaculum altiſsimi.*

5 *Deus in medio eius eſt, nihil patietur, Deus enim tempeſtiuè opem feret ei.*

6 *Tumultuentur gentes, motus concitent regna, & tellus dato fragore contremiſcat.*

7 *Dominus tamen exercituum nobiſcum eſt, & refugium noſtrũ Deus Iaacob.* סלה

exhilarabit ciuitatem noſtram: quam Deus inhabitat protector noſter, & gratiſſime humectabit loca ſancta, quæ incolit ſanctiſſimus ipſe.

5 Ipſe Deus in medio illius noſtræ ciuitatis adeſt aſſidue, & curat ne uel tantillum concutiatur: auxilio ueniet quoties opus erit, etiã ante ipſam autorã ſummo manè.

6 Trepidauerunt gentes, & commota ſunt regna, uocem ſuam diuinæ maieſtatis tam plenam ædidit Deus, ut uiribus ſuis deſtituta fuerit uniuerſa terra.

7 Dominus, in cuius poteſtate ſunt omnes exercitus, adeſt nobis, inſtar firmiſſimæ baſis eſt nobis Deus Iacob. Ita res habet.

8 *Venite, contem=*
*plemini opera Do*
*mini, quas nam ſo=*
*litudines fecerit in*
*terra.*
9 *Bella ſuſtulit uſ=*
*que ad terminos*
*terræ, arcum con=*
*fregit, haſtam conci*
*dit, quadrigas autẽ*
*combuſsit in igne.*
10 *Adquieſcite igi=*
*tur & cognoſcite*
*quòd ego ſum de=*
*us ſublimis inter gẽ*
*tes, ſublimis in uni*
*uerſa terra.*
11 *Dominus exercituum nobiſcũ eſt, &*
*refugium noſtrũ Deus Iaacob.* סלה

8 Eia contemplamini
quæſo opera domini,
ut uideatis, quàm ad-
miratione digna deſi-
gnauerit in terra.
9 Ceſſare fecit bella per
totum orbẽ & omnes
angulos illius, arcum
cõfregit, ſagittas & lan
ceas ꝑdidit, currus belli
cos igne exuſſit.
10 Hæc ſi diligẽter per-
penderitis, agnoſcitis
facile me eſſe Deum,
qui põteſtatem habeã
in gentes, & in uniuer-
ſam terram.
11 Dominus imperator
omnium exercituum
partium eſt noſtrarũ,
inſtar firmiſſimæ ba-
ſis, cui tutò inniti poſ-
ſumus, ipſe nobis eſt
Deus Iacob. Ita
res habet.

PSALMVS XLVII.

1 *OMnes popu-*
*li plaudite ma*
*nibus, iubilate deo*
*exultanti uoce.*
2 *Quoniam Domi*
*nus, excelſus, mira*
*bilis, & rex ma=*
*gnus eſt ſuper uni*
*uerſam terram.*
3 *Subiecit nobis po*
*pulos, et gẽtes ſub*
*pedes noſtros.*
4 *Elegit hæredita=*
*tem noſtrã, deco=*
*rem Iaacob quem*
*diligit.* סלה
5 *Aſcendit deus cũ*

XLVII.

1 QVotquot uſq; eſtis ppli plaudite manibus, ſigna lætitiæ honorem Dei ædite uoce quantum poteſtis maximè hilari.

Omẽs gẽtes plaudite.

2 Dominus enim factus eſt ſublimis, & ſuſpiciẽdus: cõſtitutus eſt rex omnia potẽs ſuper uniuerſam terram.

3 Sola prædicatione Euangelij ſubiecit populos nobis, à cultu diuino antea alienos: populos inquam ſubiectos fecit, & ſupplices ad pedes noſtros prouolutos.

4 Elegit in hæreditatem nobis florem præcipuum ipſius Iacob quem amauit. Ita res habet.

5 Aſcendit in altum

*clangore, dominus*
*cum uoce tubæ.*
6 *Pſallite Deo pſal*
*lite: pſallite regi no*
*ſtro pſallite.*
7 *Quoniã rex uni*
*uerſæ terræ Deus,*
*pſallite cũ ĩduſtria.*
8 *Deus gentibus*
*imperat, deus quo=*
*que ſedet in ſolio*
*ſuo ſancto.*
9 *Principes popu*
*lorum collecti ſunt*
*ad Deũ Abraham,*
*quoniã ſuper De=*
*os, terræ protecto=*
*res, ultra modum*
*altior factus eſt.*

Deus, exceptus eſt cũ
iubilo: Dominus ipſe
cum clangore tubæ.
6 Quare pſalmis cele-
brate deum: iterum di
co celebrate regẽ hunc
noſtrum, atque iterum
abſq; ceſſatione cele-
brate.
7 Conſtitutus enim eſt
rex omnium, qui ter-
ram incolunt, Deus:
quare pſalmos in uene
rationem illius canite,
quotquot ſapitis.
8 Deus ſuſcepit impe
rium in gentes, Deus
ſedet pro tribunali, ſan
ctitatis ſuæ ſpecimen
æditurus.
9 Principes populorum
ultrò ſubdiderunt ſeſe
Deo Abraham: habet
enim poteſtatem Deus
in fortiſſimos quoſque
totius terræ, & infini-
tis modis ſuperior fa-
ctus eſt omnibus illis.

PSALMVS

1 XLVIII.

MAgnificetur & ſummoperè laudetur Dominus propter ciuitatē dei noſtri, montē eius ſanctū.

2 Mōs Zion in cuius Aquilonari latere urbs magni regis, ſpecioſa nympha eſt, & decus uniuerſæ terræ.

3 Deus protectione ædium in ea notus eſt.

4 Nam ecce cùm reges aut iſtic colligētur, aut prætereunt.

XLVIII.

1 MAgni fit Dominus, & laudatur meritò ab ijs, qui ciuitatem Dei noſtri incolunt, quæ ſita eſt in monte, quē ſanctitas illius inhabitat. Magnus dñs et laudabilis.

2 Elegans regio, gaudium uniuerſæ terræ mons Sion, lateribus expoſitus Aquilonis ciuitatis regis potentiſſimi.

3 Deus in palatijs ciuitatis illius ſic notus eſt, ut ignorari nō poſſit: quin hoc ab ipſo habeant q̄ ſtabilia ſint.

4 Reges ipſi, res mira, conſilio ignito congregati, & una ad ciuitatem illam profecti ſunt.

5 *Cùm cõtempla=*
*tur modo, ſic con=*
*ſternãtur, attoniti*
*fiunt ac ſtupent.*
6 *Sic corripit eos*
*iſthîc pauor & do*
*lor parientium.*
7 *Quomõ cũ* No
*ti* ꝓ*cella marinas*
*naues cõminuit.*
8 *Hæc audiuimus*
*& uidimus in ciui*
*tate* Domini *exer=*
*cituum, in ciuitate*
Dei *noſtri*, Deus
*ſeruet eam in per=*
*petuum.* סלה
9 *Exprimimus* Deus *bonitatem tuam,*
*in medio templi tui.*

5 Quã quũ uidiſſent,
animo cõturbati ſunt,
& metu perculſi.
6 Terror inuaſit eos
ipſo in loco, & dolor
qualis mulierem ſolet
parturientem.
7 Fracti ſunt animo,
quomodo tempeſtate
ab Oriẽtali plaga ex-
orta cõfringi ſolent na
ues Tharſis.
8 Quemadmodũ au-
diuimus, inquiebant,
ſic rem ſe habere co-
ràm ipſi uidimus in ci-
uitate Domini in o-
mnia imperiũ haben-
tis, in ciuitate inquam
Dei omnium noſtrũ,
Deus ipſe ciuitatem
illam ſtabiliet in æter-
num. Ita fiet.
9 Cum fiducia expe-
ctauimus Deus beni-

10 *Vt maieſtas tua, ita & laus tua uſque ad terminos terræ ꝑueniat, dextera enim tua plena eſt iuſtitia.*

11 *Lætetur mons Zion, exultent filiæ Iuda propter iudicia tua.*

12 *Obambulate & circumite Zion, numerate turres eius.*

13 *Cõmendate cordi ueſtro muros eius, & ædes eius extruite, ut narrentur poſteris.*

14 *Hic enim Deus,*

gnitatem tuã, qui uerſamur in medio domus regiæ tuæ.

10 Sicut fama nominis tui ad extremos fines terræ peruenit, ita & maieſtatis tuę laus: iuſtitia plena eſt dextera tua: quæcũq; enim facis, iuſtiſsimè facis.

11 Gaudebit mõs Siõ, & exultabũt filij Iudæ, ꝓpter iudicia tua.

12 Circuite Sion, & diligenter contemplamini eam, numerate turres illius.

13 Adhibete animũ ad murũ eius, ut diligẽter cognoſcatis: conſiderate diligenter, ut quàm ſint admiratiõe digna palatia eius deſcribere poſsitis, & relinquere poſteris.

14 Profectò hic Deus noſter erit Deus perpetuò & ultra, ipſe dedu

*Deus noſter eſt in*
*perpetuum, & ſi*
*quid ultra eſt, ipſe*
*dux noſter erit in*
*ſempiternum.*

PSALMVS

XLIX.

1 *A Vdite iſtud*
*populi, aurẽ*
*præbete omnes q̃*
*habitatis orbem.*

Audite hęc gẽtes auribus,

2 *Imi & ſummi,*
*æquè diues & pau*
*per.*
3 *Os meum diſſe=*
*ret de ſapientia, & cor meũ intelligen=*
*tiam meditabitur.*
4 *Diuertam ad parabolam, & ænigma*
*meum carmine proponam.*

cet nos quocunq; ꝓfe
cti fuerimus, uſque ad
finem uitæ.

XLIX.

1 A Vdite quod di-
cturus ſum po-
puli omnes, au-
ribus percipite quot-
quot inhabitatis or-
bem.
2 Et plebeij, & prin-
cipes, unà diues cum
paupere.
3 Os meum loque-
tur multa ſapienter:
et cogitatio cordis mei
erumpet in uerba pru
dentia.
4 Adhibebo ad expẽ-
dendam parabolã au-
rem meam.

5 Quî ſit ut diem
malum metuam, ut
iniquitas calcanei
mei me circumſtet?
6 Quia ex his qui
rebus ſuis fidunt,
& in multitudine
diuitiarum ſuarum
ſeſe iactant,
7 Nemo fratrẽ ſuũ
ulla ratione poteſt
redimere, neq; pro
eo redemptionem
Deo dare,
8 Neq; precium
9 liberationis animæ
eius, ut in perpe-
tuum uiuat, & nõ
ſentiat corruptionem, ſed in perpetuum

5 Cur ſollicitus ero de huius uitæ bonis, tempore quo uiuitur cum miſeria in terra, nõ ut finis operũ meorũ iniquitatis meę cõdẽnet?

6 Quorſum multi ſpem ponunt in diuitijs, & propter multitudinem diuitiarum ſuperbiunt?

7 Nemo enim poteſt uel fratrẽ ſuũ ſi uelit, liberare ullis opibus à morte, nec offerre Deo quicquam, quod pro eius redemptione uelit ſuſcipere.

8 Profectò rariſsimè ſeruantur, qui diuitijs inhiant: & qui perit ex eis, peribit perpetuò.

9 Viuet quidẽ in æternũ, ſed ſic, ut ne optatus quidẽ interitus illi contingat.

*hoc negatum eſt.*
10 *Videre enim eſt ut ſapientes æquè moriãtur & pereant, ac ſtulti et ſtupidi, & opes ſuas alienis relinquant.*
11 *Quamuis penetralia ſua, ædes, et domicilia in perpetuũ habitare decreuerint, & nomina ſua magna fecerint ſuper terrã, ut ad poſteros durent.*
12 *Quum homini haud detur ut cum opulentia ſua quieſcat, ſed iumentis*

10 Quia uidebũt quidam mori ſapientes, nihil intereſſe putabũt inter mortem ſapientum & ſtultorum: quũ ſtulti et bruti homines non moriantur ſolùm ſicut ſapientes, ſed poſt mortem perpetuò intereãt, deſtituti omnibus illis, quæ hic magno ſtudio & animæ detrimento congeſſerant: relinquere enim ea alijs coguntur.
11 Sepulchra eorum domus ipſis erunt perpetuò, & cubilia ipſis in generationem & generationem: quum uiuerent famæ magis, quæ ad poſteros perueniret, ſtudioſi, quàm ſalutis æternæ, nomina ſua indiderunt terris.
12 Verùm fieri non poteſt, ut eiuſmodi

*hac ĩ re ſimilis fit.*

13 *Tale eſt ſtultorũ iter, & poſteri eorum idem ingrediuntur.* סלה

14 *Quos in foueã redactos, mors uelut gregẽ depaſcit ac ſubigit: recti uerò in luce erunt: at iſtorum theſaurus ueteraſcet, & habitaculũ eorum erit fouea.*

15 *Verũtamen animam meã redimet Deus de poteſtate inferorũ, & cõſolabitur me.* סלה

homo diu in precio ſit: ſtoliditas enim illius deprehendetur, & non fiet pluris quàm beſtiæ, quibus ſe ſimilem fecit.

13 Hic eſt ſucceſſus ſtultitia illorũ dignus, ſed & poſteri illorum, qđ ab illis didicerunt ſequentur. Ita fiet.

14 Sicut oues abducentur ad inferos, ubi pabulum erunt morti ꝑpetuæ, & triumphabunt de eis iuſti tempore matutino cum ſumma gloria: robur enim impiorũ peribit, ubi ad inferos à magnificis ædibus, quas hic extruxerant, trãſlati fuerint.

15 Interim deus liberàbit animã meã ab eo cruciatu, q impios manet: ipſe enim me recipiet ad ſe, Ita fiet.

16 Ne paueas cùm
diteſcit homo, &
cùm augeſcit glo-
ria domus eius.
17 Quoniã in mor
te ſua omnium ni-
hil accipiet, neque
ſequetur eum glo-
ria eius.
18 Sed dũ uiuit ani
ma eius beata di-
citur, laudatur cũ
ei bene eſt.
19 Cùm uerò ad ge
nus patrũ ſuorum
abierit, in perpe-
tuum non uidebit
lucem.
20 Homo cum in precio eſt, nõ reputat,

16 Ne admireris, &
metuas ſi diues quis fa
ctus fuerit: & ſi ingens
facta fuerit gloria do-
mus eius.
17 Quando enim mo-
rietur, nihil eorum au-
feret hinc ſecum, nec
gloria illa comitabi-
tur eum.
18 Quia in hac uita
beatus ſibi uiſus eſt, &
alios ad idem uitæ ge-
nus hortatus eſt: ut ui-
delicet genio ĩdulgeas
& exemplo eius bene
cures te.
19 Ipſe perueniet cum
pernicie animæ ſuæ
uſque ad patres ſuos,
quorum impietatẽ imi
tatus eſt: quos inuentu
rus eſt in denſiſsimis
tenebris nulla unquã
luce illuſtrandis.
20 Miſerabilis homũ-
cio quum in honore

*ſed iumẽtis cõpara-tur & ſimilatur.*

PSAL. L.

1 *DOminus Deus fortis, aduocata terra ab ortu & occaſu ſolis.*

2 *Et à pulcherrima Zion, loquetur, cum maieſtate ueniens.*

3 *Veniet enim Deus noſter, & non cunctabitur, uorax ignis ante ipſum ĩcedet, & circũ eũ uehemens turbo.*

4 *Aduocabit ſupernè cœlũ, & infernè terrã, ut iudicio cõtẽdat cũ populo ſuo.*

propter diuitias eſſet, nihil intellexit, ſed pecudum uitam imitatus ſeſe ſimilem fecit illis.

L.

1 DEus iudicum Dominus locutus eſt, & cõuocauit omnes qui terrã inhabitant ab ortu ſolis uſque ad occaſum.

Deus deorum dñs locutus eſt.

2 Ex Sion ueluti oĩs elegantiæ quadã ſumma, illuſtris apparuit.

3 Veniet Deus noſter, nec perpetuò ſilebit: ignis enim uaſtãs pręcedet ipſum, & circa ipſum uento ignis ille excitabitur, ut ardeat uehementius.

4 Aduocabit cœlos deſuper & terram, iudicaturus populum ſuum.

5 Congregemini
mihi inquiens, ſan
cti mei, ſocij fœde=
ris mei, quod ſuper
ſacrificijs.
6 Hîc cœli iuſtitiã
eius prædicabunt,
nam Deus ipſe iu=
dex erit. סלה
7 Audi popule mi,
nam loquar, Iſra=
ël, nam te conte=
ſtabor ego Deus,
Deus tuus.
8 Num ſacrificio=
rum cauſa redar=
gui te? aut iugis ho
locauſti coram me
offerendi?

5 Cõgregate ad me
ſanctulos meos, inquit
Dominus, de quibus
tam ſum meritus be-
ne, & qui mecum inie-
runt pactum de ſacrifi
candi ratione.
6 Quod ubi factum
fuerit, cœli palàm iu-
ſtum eſſe Dominum
prædicabunt: eſt enim
iudex ipſe iuſtiſsimus.
Ita res habet.
7 Audi itaque popu-
le mi, & loquar ô Iſ-
raël, te ipſum enim te-
ſtem adhibebo: nega-
re enim non poteris,
quin Deus, præcipuè
autem in te benignus
Deus, ego ſim.
8 Non te reprehen-
dam, quòd ſacrificio-
rum mihi non obtule-
ris ſatis: holocauſtoma
ta enim tua aſsiduè co
ram me præſto ſunt.

9 *Num à domo tua taurum poſtulaui, aut de caulis tuis hircos?*

10 *Meæ enim ſunt omnes beſtiæ nemorum, & millia iumentorũ in montibus.*

11 *Notæ ſunt mihi uolucres montiũ, et auiculæ agri me non latent.*

12 *Si eſuriero, non eſt ut tibi indicem, meus enim eſt orbis, & quicquid in eo eſt.*

9 Putas ne opus mihi fore ut ĩpetrẽ à domo tua iuuencũ aliquẽ, aut ex caulis tuis hircos?

10 Falleris ſi hoc putas, meę enim innumeræ ſunt illæ feræ, quæ in ſyluis degunt, pecudes pręterea quę errãt in mille montibus.

11 Exactè noui genus omne auium, quãuis in ęditiſsimis mõtibus nidos ſuos collocent, & quicquid animantium uſquam in ullis campis uiuit, in mea eſt poteſtate.

12 His omnibus ego in primis opus nõ habeo: & ſi opus haberem, & eſurirem, te non orarẽ ut mihi ſuppeditares hæc, orbis enim totus eſt meus, & ꝗcquid toto orbe, quantũuis uariũ ſit, cõtinetur, meum eſt.

13 *Num bubula car-*
*ne ueſcor? aut hir-*
*corum ſanguinem*
*bibo?*
14 *Macta Domino*
*gratiarum actio-*
*nem, & redde al-*
*tiſsimo uota tua.*
15 *Deinde inuoca*
*me in tempore tri-*
*bulationis, & eri-*
*piam te, ut me ma-*
*gnifices.*
16 *Contra uerò im-*
*pium ſic adſtatur*
*Deus: Quamob-*
*rem prædicas le-*
*gem meam, & fœ-*
*dus meum accipis in os tuum?*

13 An quiſquam ue-
ſtrum eſt tam ſtultus,
ut putet me taurorum
carnibus uictitare, aut
ſanguinem hircorum
potitare?
14 Offer Deo quiſ-
quis illi placere ſtudes,
animi gratitudinē: &
facilè altiſsimo grata
erunt qualiacunq; fue-
rint ſacrificia tua reli-
qua, quæ te oblaturū
uouiſti.
15 Et ſi tum implora-
ueris auxilium meum
tempore afflictionis,
ſic eripiam te è malis,
ut gratias mihi magni-
ficè habiturus ſis.
16 Ad impium autem
dixit Deus, qua fronte
tu uerbis enumeras cō-
ſtitutiones meas, & pa-
ctum meum quod pe-
pigi cū ſanctis uel no-
minare audebis tu?

17 *Quũ tamen odio habeas diſciplinã, & poſt tergum tuum uerba mea abijcias?*

18 *Cùm furem na=ctus es curris cum eo, & ſors tua cũ adulteris eſt.*

19 *Os tuũ laxas ad malũ, et lingua tua dolos concinnat.*

20 *Sedes & loque=ris in fratrem tuũ, & in filium ma=tris tuæ profers ca lumniam.*

17 Quum odio habeas omnem rectam admonitionem, & abieceris uerba mea poſt tergũ tuum, & ex animo deleueris, licet extremis labris ea crepes.

18 Si enim furem uſq; uidiſti, illi te adiũxiſti; & fieri furti particeps cupiebas, & ſocius factus es illorum, qui alienas ſtuprare ſolent uxores.

19 Os tuum aſſueſeciſti ad maledicentiã: & lingua tua cõcinnabat dolum.

20 Conabaris fratrem tuũ maledicentia perdere, & filium matris tuæ facere infamem nitebaris.

21 Hæc feciſti: & quia ego ad tempus diſsimu

21 *Hæc facis dũ diſsimulo, adde quòd me tui ſimulem putas: ſed redarguam te, &*

n

*me in oculos tuos*
*ſtatuam.*
22 *Conſiderate iſta*
*quæſo, qbus numi=*
*nis mentio excidit,*
*ne quũ rapiã deſit*
*uobis qui eripiat.*
23 *Qui laudem & *
*gratiarum actionẽ*
*mactat, me magni=*
*ficat, & hac uia*
*oſtendam ei ſalu=*
*tem Dei.*

laui, putabas me ſimi-
lem tibi hominem ſto-
lidum : ſed caſtigabo
te, & diſponã ante ocu
los tuos ordine flagi-
tia tua.
22 Intelligite hoc tan-
dem quod dico, apud
quos in obliuionẽ ue-
nit Deus, ne forte ra-
piam, & non ſit qui
eripiat.
23 Quicunq; mihi ani-
mi offert gratitudinẽ,
is me uerè honorat, &
rectà it ad me, cui ego
oſtẽdam felicitatẽ pla-
nè diuinam, qua illum
faciam perpetuò bea-
tum.

## PSAL. LI.

Miſerere mei deus ſecũdum magnam miſericordiã tuã.

1 *MIſerere mei*
*deus ſecun*
*dum bonitatẽ tuã,*
*ſecundũ multitudi=*
*nem miſerationum*

LI.

1 MIſereat te
mei ô deus,
pro genuina
benignitate tua, pro
immẽſa clementia tua
dele flagitia mea.

*tuarum dele tranſ-
greßiones meas.*
2 *Magis ac magis
ablue me à ſcelere
meo, & à peccato
meo munda me.*
3 *Nam trāſgreßio
nes meas ſcio, &
peccatū meū nun-
quā excidit mihi.*
4 *In te ſolū pecca-
uiſſe dolet, et malū
in oculis tuis feciſ-
ſe, quapropter iu-
ſtifica ſecundū uer
bum tuum, & mū
da ſecundum æqui
tatem tuam.*
5 *Ecce cum dolore*

2 Iterum atque ite-
rum lauando elue ini-
quitatem meam: & à
peccato meo purū red
de me.
3 Scelera enim mea
agnoui reuerſus ad me
& peccatū meum aſsi-
duè ob oculos uerſatur
mihi.
4 In te, in ſolum tè
peccaui, & abominabi
le ſcelus hoc admiſi,
non reueritus conſpe-
ctum tuum: quare ſi
hanc iniquitatem mihi
condonaueris, & pro-
miſſa ſeruaueris perfi-
do mihi, meritò equiſ-
ſimus iudicaberis, &
in ſeruandis promiſsis
conſtantiſsimus, & in
damnandis illis qui re
ſipiſcere nolunt iuſtiſsi
mus.
5 Profectò non igno
ras, quantum ad me at
tinet, iniquitatem mihi

*natus ſum, & cum*
*peccato cõcepit me*
*mater mea.*
6 *Ecce uerò tu fi=*
*duciæ firmitate ita*
*delectaris, ut ab=*
*ſtruſa ſapiẽtiæ do=*
*cueris me.*
7 *Luſtra me hyßo*
*po, et mũdabor: la*
*ua me, & ſupra ni*
*uem dealbabor.*
8 *Nũcia mihi gau*
*diũ & lætitiã, &*
*exultabũt oſſa quæ*
*comminuiſti.*

eſſe ueluti genuinam
& matrem meam pec
cato obnoxiam fuiſſe
in ipſo calore cõceptio
nis meæ.
6 Quanquam ergò ui-
tiatæ carnis impulſu
fœdiſsime lapſus ſum,
tu fidem tamen & can
dorem, qui in penetra
libus pectoris ſitus eſt,
maximè amare ſoles,
à quo nõ omnino ſum
alienus: non enim tam
malitia hoc ſcelus ad-
miſi, quàm cõcupiſcẽ
tia uictus: quare ite-
rum occultis inſpira-
tionibus docere me ſo
lidam ſapientiam, ſi-
cut ſoles, non dedigna
beris.
7 Si ergò expiaueris
ſcelus hoc meũ hyſſo-
po, ueluti conſummata expiatione, purus ero: et ſi
elueris maculam hanc meam, ipſa iterum niue al-
bior fiam.
8 Vbi exhilaraueris me gaudio & ſolita lætitia,

9 *Auerte faciẽ tuã
à peccatis meis, &
omnia ſcelera mea
deleas.*
10 *Cor mundũ crea
mihi Deus, & ſpi=
ritum integrum in
tra me renoua.*
11 *Ne abijcias me de
conſpectu tuo, &
ſpritum tuum ſan=
ctum ne auferas à
me.*
12 *Redde mihi læti=
tiam ſalutis tuæ, et
ſpiritu liberali ful
cias me.*
13 *Et dirigã tranſ=
greſſores in uiam*

tum exultabunt oſſa
mea, quæ uulneraue-
ras tu.
9 Auerte quæſo faciem
tuam à peccatis meis,
& uniuerſas iniquita-
tes meas dele.
10 Fac purum ſit cor
meum intra me ô de-
us, & ſpiritum illum
ſtabilẽ renoua in cor-
de meo.
11 Ne deſtituas me ſo-
lito fauore tuo, nec
ſpiritum illum inſigni-
ter ſanctum auferas à
me.
12 Quin potius reſti-
tue mihi gaudiũ quod
de ſalute mihi per te
pręſtanda concepi, &
prĩcipe illo ſpiritu mu
ni me.
13 Hoc ubi præſtiteris
mihi, ego docebo pec-
catores qbus uijs per-
ueniatur ad te, & pec-
catis grauati meo exẽ-

*tuã, & peccatores*
*ad te redibunt.*
14 *Libera me de*
*cruẽto ſcelere deus*
*ô Deus ſalus mea,*
*ut celebret lingua*
*mea iuſtitiã tuam.*
15 *Adperi Domine*
*labia mea, ut os*
*meum exponat lau*
*dem tuam.*
16 *Quoniã ſi ama=*
*res uictimam, red=*
*derem, ſed holo=*
*cauſta non oble=*
*ctant te.*
17 *Victimæ dei, ſpi*
*ritus contritus, cor*
*fractum & comminutum: Hæc tu Deus*

plo reuertentur ad te-
14 Libera me ab ho-
micidio quod cõmiſi
deus, ô deus autor ſa-
lutis meæ, ut cum gau-
dio cantet lingua mea
inſignẽ illam iuſtitiam
tuam.
15 Aperi Domine la-
bia mea, ut os meum
prædicet laudes tuas.
16 Externis ſacrificijs,
etiam ſi plurima offer-
re coner, non placabe-
ris, neque hoſtia quæ
altari imponitur, dele-
ctaberis.
17 Sed ſacrificia qui-
bus placatur Deus, ea
ſunt, animus pœniten-
tia fractus, & cor do-
lore concuſſum & uul
neratum: hæc à quo-
cunq; offerentur tibi
ô deus deſpicere nun-

*non contemnis.*
18 *Bonitate ergò tua*
*proſequere Zion,*
*ut ſeruentur muri*
*Ieruſalem.*
19 *Sic enim, gratũ*
*tibi fiet uictimis iu*
*ſtitiæ, ſacrificio, et*
*holocauſto: ſic in*
*aram tuã tauri im=*
*ponentur.*

PSAL. LII.

1 *Q Vid te ô dij*
*boni, magni*
*ficas omni tempo=*
*re, ô facinoroſe gi*
*gas? **
2 *Cur perniciem*
*molitur lingua tua, perinde ac nouacula*

quam poteris.
18 Vtere quæſo ſolita
benignitate tua erga
Sion, ut extruas mu-
ros Ieruſalem.
19 Tum grata tibi e-
runt ſacrificia, quæ ſi-
gna ſunt iuſtitiæ inter
næ: oblatio uidelicet
quæuis, & holocau-
ſtum, tunc rite ſacrifi-
caturi imponent ſuper
altare tuum uitulos.

LII.

1 Q Vid gloriaris, Quidglo
& multa poſſe riaris in
te putas ꝑ ma malitia.
litiam: an ignoras ſua
clementia omnipoten-
tem Deum adeſſe bo-
nis omni tempore?
2 Sermonem peſtilen-
tem ſuppeditat ſcelera
tus animus linguę tuę,
quæ ſimilima eſt no-
uaculæ acutæ: quum

*acutâ quæ dolum facit?*

3 *Cur malitiam po*
*tius amas quàm ho*
*neſtatem, mēdaciū*
*magis quàm loqui*
*ueritatem?* סלה

4 *Amas enim om=*
*nes ſermones per=*
*nicioſos, ô lingua*
*fraudulenta.*

5 *Quamobrem,*
*& Deus funditus*
*te extirpabit, per=*
*det, ac è tabernacu*
*lo demolietur, & radicem tuam è terra*
*uiuorum.* סלה

6 *Quod cum uidebunt iuſti, ſtupebūt,*
*& ſuper eo cum riſu dicent:*

ad reſecandam barbā adhibita, aberrat & iugulum petit.

3 Amaſti malitiam ma-
gis quàm probitatem,
& mendacium magis
quàm loqui id quod
uerum eſt. Ita res
habet.

4 Amaſti omnis gene-
ris impoſturas, ut illis
ſubuertas innoxios, &
linguam habes nil niſi
fraudes edoctam.

5 Quare omnipotens
deus ſubuertet te, per-
det te, extrahet te è ta-
bernaculo, & radici-
tus euellet te de terra
uiuentium. Ita fiet.

6 Videbunt iuſti, &
uenerabuntur Deũ ſte

7 *En gigantem qui*
*non fecit deum ro*
*bur ſuũ,ſed in mul*
*titudinẽ opum ſua*
*rum ſpem poſuit,*
*ac ſceleri fidit.*

8 *Ego autem è fa=*
*milia Dei, uelut ui*
*rens oliua ſperabo*
*in bonitatem Dei*
*inæternum, & ſi*
*quid ultra eſt.*

9 *Gratias agã tibi*
*ſempiternas ꝓ his*
*quæ feciſti, & co=*
*lam nomen tuum,*
*quoniã gratũ eſt*
*apud ſanctos tuos.*

PSAL. LIII.

autem cum ſtultis co-
natibus tuis ridebunt.

7 Dicent enim, ecce
hic ille eſt uir, qui non
beneficio Dei fortis eſ-
ſe cupiuit: ſed fiduci-
am habuit in diuitijs,
& ſceleribus potenti-
am affectauit.

8 Ego interim ſimilis
ero oleæ uirenti, idq́;
in domo Dei: ſpem e-
nim meam poſui in mi
ſericordia Dei, quam
nullo unquam tempo-
re deponam.

9 Laudibus efferam
te, quia feciſti hoc, &
patiẽter expectabo cle
mentiam, quæ reſpon-
det ipſi nomini tuo,
apud ſanctos tuos gra
tioſiſsimo.

LIII.

Dixit inſipiens in corde ſuo

1 *VAni dicũt in*
*cordibus ſu=*
*is, nõ eſt deus: ſce=*
*leribus enim cor=*
*rupti & abomi=*
*nabiles facti ſunt,*
*nullus eſt qui bo=*
*num operetur.*
2 *Deus cœlo pro=*
*ſpexit ad filios ho*
*minum, ut uideret*
*an eſſet qui ſaperet*
*ac Deũ quæreret.*
3 *Hic quiſq; deſe=*
*cerat, ſimul corru*
*pti erãt, nullus bo*
*num operabatur, ne unus quidem.*
4 *Non'ne manifeſtũ eſt, quòd ſcelera*
*ficiunt ? quòd populum meũ uelut cibũ*

1 PErſuaſum ha-
bet animo ſuo
ſtolidus nullum
eſſe Deũ, corruperunt
& abominabiles fece-
rũt ſeſe, nec quiſquam
eſt ex omnibus qui fa-
ciat bene.
2 Deus è cœlo proſpe-
xit, & contemplatus
eſt poſteros Adæ, ut
uideat num ſit prudẽs
quiſpiam, qui ſtudeat
placere Deo.
3 Singuli defecerunt,
unà omnes abomina-
biles facti ſunt, nec eſt
qui faciat bene, ne u-
nus quidem.
4 Ignorare ne potue-
runt ſcelerati illi, qui
deuorant plebeculam
meam, nõ aliter quàm
deuorari ſolet frustum

*deuorant? Deum*
*autē nō inuocant?*
5 *Quòd metuunt*
*non metuenda? ſed*
*deus diſſipabit oſ=*
*ſa eorū qui te op=*
*pugnant: Confun=*
*des eos, nam Deus*
*abhorret ab eis.*
6 *Quis dabit de*
*Zion ſalutem Iſra*
*ëli? ut cùm reſti=*
*tuat Deus captiui=*
*tatem populi ſui,*
*exultet Iaacob &*
*lætetur Iſraël.*

PSAL. LIIII.

1 *DEus per nomen tuum ſalua me,*
*& tua uirtute uindica me.*

panis, non hoc licere
illis? nihil ne unquam
de Deo legerunt?
5 Quare pauebūt etiā
ubi pauore nō erit o-
pus, Deus enim diſper
det oſſa illorū, q exer-
citum educere conabū
tur, ô Chriſte, aduer-
ſum te: pudore afficies
eos, & infamia, Deus
enim ſpreuit eos.
6 Vtinam dñs profe-
rat è Sion omnimodā
illam ſalutē Iſraeli pro
miſſam, qd' fiet quādo
dominus populū ſuum
liberabit è captiuitate,
tūc exultabit ſeriò Ia-
cob, & lætabit Iſrael.

LIIII.

1 DEus pro ma-
ieſtate nominis
tui ſerua me,
& quum poteſtatem

Deus in nōmine tuo saluū me fac.

2 *Audi deus oratio*
*nẽ meã, aurẽ præ=*
*be uerbis oris mei.*
3 *Quoniã hoſtes*
*inſurgunt aduer=*
*ſum me, & uiolen*
*ti, qui Deum præ*
*oculis ſuis non po*
*nunt, quærũt uitam*
*meam.* סלה
4 *Sed ecce Deus*
*auxiliũ tulit mihi,*
*Dominus ſuſtentat*
*animam meam.*
5 *Reddet malum*
*inimicis meis, &*
*in fide ſua dimi=*
*nuet eos.*
6 *Liberaliter ergò*

abunde habeas, ulci-
ſcere iniuriam illatam
mihi.
2 Deus audi precatio-
nem meam, aures præ
be uerbis oris mei.
3 Quia etiam alienige
næ inſurrexerunt ad-
uerſum me, & homi-
nes ſçui magno ſtudio
conati ſunt perdere
me: non habita ulla ra
tione tui ô Deus. Ita
res habet.
4 Verùm quia Deus
auxilio eſt mihi, & do
minus è numero eſt eo
rum, qui tutantur ani
mam meam.
5 Ipſe retorquebit ma
lum, quod mihi parãt,
in eos ipſos, qui iniuria
afficiunt me: ergò pro
bona quæſo fide tua
in ſeruandis promiſsis,
ſubuerte illos.
6 Liberaliter ſacrifi-
cia offeram tibi, laudi-

*ſacrificabo tibi, & collaudabo nomen tuum Domine quo niam bonum eſt.*
7 *Nam eripuit me ex omni tribulati= one, ut hoſtes me= os oculus meus de= ſpi ciat.*

PSAL. LV.

1 *Exaudi Deus orationẽ meã & deprecationem meam ne auerſeris.*
2 *Attende mihi, & exaudi me cũ ſtre pitu ordientem ac tumultuantem.*
3 *Præ uociferatione hoſtium, præ in= feſtatione impiorum, qui mihi crimina*

bus efferam nomẽ tuũ Domine, bonum eſt enim & gratioſum.
7 Eripuit enim me ex omni anguſtia, & eius beneficio uidit oculus meus, qualia quiſque uellet in capitalibus ini micis ſuis.

LV.

1 Aures præbe ô Deus probatio- ni meæ, & ne a- uerſeris quæſo preces meas.
2 Accommoda te mihi, & exaudi me, turbatus ſum enim: & præ dolo re moueo me nunc huc nunc illuc, & inter orã dum conturbor.
3 Propter minas ini- mici, & ſęuitiam impij qui impingere mihi co

Exaudi deus ora- tionẽ me am ne &c.

*obtrudūt, & irati*
*imminent mihi.*
4 *Labaſcit cor me*
*um intra me, &*
*mortis metus irrue*
*runt in me.*
5 *Timor & tre-*
*mor ceciderunt in*
*me, & horror ope*
*ruit me.*
*Et reputo me-*
6 *cum, ô ſi dentur*
*mihi alæ columbi-*
*næ, ut auolare &*
*quieſcere poßim.*
*En longißimè*
7 *profugerem, atque*
*ad eremum diuerterem.* סלה
8 *Properarem ad euadendum, uento*

nabātur iniquitatem,
& irati inſurgere ad-
uerſum me.
4 Cor meum trepida
uit intra me, & terricu
lamenta mortis corri-
puerunt me.
5 Timor & tremor
inuaſerunt me, & cir-
cundedit me undique
pauor.
6 Quare dixi apud me,
utinam dentur mihi
alæ ſicut datæ ſunt co-
lumbæ, ut auolare mi-
hi liceat, & alium in lo
cum commigrare tu-
tiorem.
7 Certè procul hinc au
fugerem, & in locis pe
nitus deſertis habitare
potius, quàm inter hos
impios. Ita res habet.
8 Feſtinarem fuga ſa
luti meæ conſulere, &

*ocius rapido, ac turbine.*

9 *Dißipa Domine & ſcinde linguas eorũ, quoniam uidi urbem plenam eſſe iniuria & cõuitijs.*

10 *Quæ nocte & die in muris eius obambulant, in medio autem eius labor & dolor.*

11 *In medio eius nequitia, non faceßit è plateis eius fœnus & fraus.*

12 *Quòd ſi hoſtis meus me calumniaretur, ferendũ ducerem, ſi oſores mei ſupra me eueherẽtur,*

ſubducere me à periculo uenti uehementis, & tempeſtatis.

9 Perde Domine & ſinde linguas eorum, ſcelere enim & ſeditione plenam offendi ciuitatem illam.

10 Die ac nocte cingent hæc ciuitatem illam, non aliter quàm mœnia ipſa ciuitatẽ ſolẽt: iniquitas & oppreſſio regnant in illa.

11 Nullum ſceleris genus non regnat in medio ciuitatis illius, nec ulla platea ab impoſtura et dolo immunis eſt.

12 Non enim ex ꝓfeſſo inimicus ꝓbro affecit me, tolerabile eſſet illud: neque palàm hoſtis erexit ſeſe aduer-

*declinarem ab eis.*
13 *Sed tu ò collega, cõmilito, & note mi, cui ſecreta mea ſuauiter credidi,*
14 *Quo cum do= mum Dei cum ex= ultatione adij.*
15 *Irrue in eos ò mors, ac uiui ad ſoueã abeãt, quoniã malicia in domici= lijs & penetrali= bus eorũ regnat.*
16 *Ego autem ad Deum clamaui, & Dñs ſaluauit me.*
17 *Veſpere, manè & meridie locutus ſum ac inſtiti, & exa*

ſum me, cuius uitare potuiſſem conſortium.
13 Sed tu homo quem præfeci rebus meis, qui & ueluti dux fuiſti mihi, & arctiſſima familiaritate coniunctus:
14 Mutuò enim & ſuauiter ſecreta noſtra cõmunicamus, & in domo Dei uerſati ſumus concorditer.
15 Inferet Deus mortem de improuiſo illis, deſcendent ad inferos uiui, regnãt enim nequitiæ in tabernaculis illorum, imò in ipſis penetralibus cordium illorum.
16 Ego uerò contra horum inſidias Dei auxilium implorabo, nec Dominus dedignabitur ſuccurrere mihi.
17 Veſpere, manè, & ipſo meridie p̃cabor,

*audiuit uocē meā.*

18 *Redemit uerè animā meam ab his qui mihi imminebāt, quoniā cū multitudine aduerſum me aderant.*

19 *Exaudiuit inquā Deus, qui ab æterno uſque in ſempiternum regnat, & humiliauit illos, quia non erat ſpes quòd mutarentur, non enim reuerentur Deum.*

20 *Miſit ergò manum ſuam in eos qui peculium ſuū erāt, & irritum fecit fœdus ſuum.*

& ſollicitus ero quoad uocem meā audierit.

18 Reſtituet pacem animæ meæ, & liberabit eam à præliantibus cō tra me, quamuis plurimi ſint, qui undiq; oppugnant me.

19 Audiet deus, & ſupplicium de illis ſumet is qui minis illorum nihil commouetur, ſed ſedet tranquillus & immutatus perpetuò. Ita res habet. Illi interim digniſſimi ſunt, qui pereant: nunq̃ enim ſceleratum uitæ genus mutabunt, nec Deum reuerebuntur unquā.

20 Iniecit manum uiolentam in eum, cum quo pacem ſimulauerat, amicitiæ uinculo turpiter rupto.

21 *Os illorũ mitius*
*eſt butyro, æquè*
*cor eorũ ſimulant,*
*lentiora ſunt uer=*
*ba eorum oleo, cũ*
*ſint gladij.*
22 *Donuno igitur*
*commenda curam*
*tui, is enĩ enutriet*
*te, neq; permittet*
*ut iuſtus unquam*
*loco moueatur.*
23 *Tu uerò Deus*
*detrahes in puteũ*
*interius homines*
*ſanguinarios, do=*
*loſi nõ peruenient ad dimidium dierum*
*ſuorum: ego autem in te ſperabo.*

21 Blandius fecit quiſq;
eorum os ſuum lacte,
quum tamen prælium
inſtituerent in animo:
gratioſiores uiſi ſunt
ſermones eorũ quouis
unguento, quũ re ipſa
eſſent gladij.
22 Reijce in dominum
ſarcinam tuam, nec du
bita quin ipſe perfectu
rus tibi ſit omnia, qui
nunquam ſinet obrui
iuſtum.
23 Tu interim domine
præcipitabis illos in pu
teũ interitus: uiri enim
ſanguinarij & fraudu-
lenti nõ peruenient ad
dimidium uitæ: quare
ego ſpem meam omnẽ
collocabo in te.

LVI.

PSALMVS LVI.

1 *MIſerere mei*
*deus, eſt e=*
*nim qui me concul*
*cat, & ſine inter=*
*mißione oppugnā*
*do adfligit.*
2 *Conculcant me*
*inimici mei omni tē*
*pore, multi enim*
*ſunt qui me ſuper=*
*bè oppugnant.*
3 *Quocunq; autem*
*momēto metus mi=*
*hi intentatur, in te*
*domine ſpero.*
4 *In dei uerbo glo*
*rior, in Deū ſpero,*
*neque metuo quid*
*mihi faciat caro.*

1 MIſerere mei
Deus, con-
culcare enim
conatus eſt me homo,
qui aſſiduè oppugnans
uehementer affligit
me.
2 Conculcare conan-
tur me hoſtes mei om-
ni tempore, qui & plu
rimi ſunt, & animo ho
ſtili perſequuntur me
ò altiſſime.
3 Quocunque tem-
pore timor inuaſerit
me, ego ad te confu-
giam, nihil dubitans
quin liberaturus me
ſis à malis.
4 Fretus benignitate
Dei, boni conſulam
quicquid ab illo im-
mittitur mihi, in Deo
potui fiduciam meam:
quare nō timebo quic-
quid moliatur aduer-
ſum me caro.

Miſere-
re mei de
us, qm̄ cō
culcauit.

5 *Omni tempore*
*adfligũt res meas,*
*omnia conſilia ſua*
*malo meo capiunt.*
6 *Alienãt, & ab=*
*ſtrudunt ſe, ueſti=*
*gia mea obſeruant,*
*quomodo animam*
*meam capiant.*
7 *Sed fruſtra, ela=*
*betur enim ab eis:*
*nam tu deus in ira*
*populos deijcis.*
8 *Fugas meas dinu*
*meras , lachrymas*
*meas in utrem tuũ*
*reponis : non'ne in*
*rõnibus tuis ſunt?*
9 *Quocunque die*

5 Ipſi aſſiduè quicquid
uel dicerẽ uel facerem,
calumniabantur, ſtude
bant modis omnibus
nocere mihi.
6 Conſpirabant & in-
ſidiabantur ipſi, & ue-
ſtigia mea obſerua-
bant, ſtudioſe hoc agẽ
tes, ut capiant animam
meam.
7 Erit ne hæc iniqui-
tas impunita illis? ne-
quaquam. Sed ueluti
iratus, q̃uis tam ſunt
multi, ut populos ęqua
re numero poſſent, prę
cipitabit eos deus.
8 Quàm ſæpe fugere cõ
pulſus fuerim, tu diligẽ
ter numeraſti, collige
quæſo lachrymas me-
as, & infunde in uitrã
tuum, ut uideas quàm
ſunt multæ, imò in li-
bro rationum tuarum
ſcribe eas.
9 Tandem in fugã cõ-

*inuoco, ꝓtinus ter
ga uertunt hoſtes
mei, quo certus fio
ꝙ deus meus es.
10 In dei uerbo glo
rior, in domini uer
bo glorior.
11 In deum ſpero,
non metuam quid
mihi faciat homo.
12 Ad te deus uota
mea feram, tibi gra
tias agam.
13 Eripuiſti enim
animã meã à mor-
te, ſed & pedes
meos à lapſu, ut in
cedam coram deo,
in luce uiuorum.*

uertentur inimici mei:
quocũq; tempore im-
plorauero auxilium, fu
turũ ſcio ut Deus adſit
mihi.
10 Quare fretus beni-
gnitate Dei, boni con
ſulã quicquid accidat
mihi: fretus inquam be
nignitate Domini, æ-
quo animo ferã quic-
quid eueniet mihi.
11 Deo totũ me cõcre-
didi, quare non metuã
quicquid moliatur ad-
uerſum me homo.
12 Cõſtitui apud me ô
deus ſacrificia, quæ uo
uerã offerre tibi, quæ
ſic perſoluã, ut accepta
referã mea omnia tibi.
13 Eripuiſti enim me è
faucibus mortis certo
certius, pedes meos tu
continuiſti, ne laberen
tur, & uires ſuppedita-
ſti, ut poſſim ambula-
re coram te mi Deus.

PSAL. LVII.

Miſere-
re mei
Deus, mi
ſerere
mei, q̄m.

1 *MIſerere mei*
*Deus, miſe*
*rere mei, te enim*
*fidit aĩa mea, et in*
*umbrã alarũ tua=*
*rum ſpero donec*
*prætereat malicia.*
2 *Clamo ad Deũ*
*excelſum, ad Deũ*
*q me undiq; pficit.*
3 *Is cœlo mittet*
*& liberabit me op*
*probrio conculcan*
*tis me perpetuò:*
*mittet inquam per*
*bonitatem & ue=*
*ritatem ſuam.*
4 *Liberabit animam meam in medio ſu*

illuſtratus lumine quo ſolent qui uiuunt perpetuò.

LVII.

1 MIſerere mei
Deus, miſere
re mei, de te
eñi pẽdet anima mea,
protegar quæſo ſub
umbra alarũ tuarum,
quoad præterierit ſce-
lerum colluuies.
2 Implorabo auxiliũ
Dei altiſsimi, Dei illi-
us qui perficiet quæ
cœpit in me.
3 Demiſit è ſummo
cœlo qui eripiat me:
& infamem faciat eũ
qui conculcare cona-
tur me. Ita fiet.
demittet inquã Deus
pro benignitate & fi-
de ſua aliquem ex al-
to, qui liberet me.
4 Verſari cogor inter
leones potius quam

*rientium leonũ ia=*
*centem, nempei n=*
*ter filios hominũ*
*quorum dentes ha*
*ſtæ et ſpicula ſunt,*
*lingua uerò, gla=*
*dius acutus.*
5 *Exalta Deus ſu*
*per cœlos, & ſu=*
*per omnem terrã,*
*gloriam ac maieſta*
*tem tuam.*
6 *Rete enim para*
*uerũt pedibus me=*
*is ad capiendũ ani*
*mam meam, fode=*
*runt ante me ſo=*
*ueam, in quam ipſi incident.* סלה
7 *Paratum eſt cor meum Deus para=*

hominès, & dormire
inter furioſos, & ho-
mines quorum dentes
ſimiles ſunt lanceis &
ſagittis, & lingua gla-
dio acuto.
5 Conſpicuus appare
è cœlo Deus, & per
uniuerſam terram ap-
pareat quanta ſit ma-
ieſtas tua.
6 Rete expandetunt
pedibus meis, tantum
non irretitus fui illo,
foderunt foueam in
uia per quam iturus
eram, ſed ipſi corrue-
runt in eandem illam
quam foderãt in per-
niciem meam. Ita fa
ctum eſt.
7 Optimè animatus
ſum Deus, optimè in-
quam animatus ſum,
quare & uoce cãtabo,

*tum cor meum, ut*
*canã & pſallam.*
8 *Expergiſcere*
*quicquid poſſum,*
*expergiſcere che=*
*lis & cithara, ex=*
*pergiſcar ipſe q̃*
*maturrimè.*
9 *Vt in populis te*
*celebrẽ Dñe, ut in*
*gentibus te canã.*
10 *Bonitatis enim*
*tuæ magnitudo uſ=*
*que ad cœlos ꝑtin*
*git, & fides tua*
*uſq; ad nubes.*
11 *Exalta Deus ſup*
*cœlos, & ſuper*
*omnẽ terram gloriã ac maieſtatẽ tuam.*

& muſicis inſtrumẽtis
pſalmos modulabor.
8 Expergiſcere ô ani
ma mea, expergiſce-
re, & profer te nablũ
& cithara, ut modula-
tione ſuaui uel ipſam
excitem auroram.
9 Palàm gratias agã
tibi in frequentia po-
puli Domine, canta-
bo laudes tuas, etiam
apud hominũ uariarũ
nationũ multitudinem
maximam.
10 Tam eſt enim grã
dis miſericordia tua,
ut ad cœlos uſq; per-
tingat, & maior ſit q̃
diſtãtia hinc ad nubes
ſua in ſeruãdis ꝓmiſ-
ſis conſtantia.
11 Conſpicuus appare
è cœlo Deus, & per
uniuerſam terram fac
appareat, quanta ſit
maieſtas tua.

PSAL. LVIII.

1 SI uerè iuſtitiā
meditamini, qđ'
æquum eſt, iudica
te filij hominum.
2 Sed in corde ne=
quitiam concinna=
tis, in terra manus
ueſtræ ad rapinam
extenduntur.
3 Alienātur impij
ab utero, errant à
uentre, loquentes
mendacium.
4 Furor eorū par
eſt anguium furo=
ri, & ſicut aſpis
ſurda obturant au
res ſuas.

LVIII.

1 ITa ne res habet,
ut uos quibus ꝓ-
uincia iudicādi re-
ctè mādata eſt, iuſtitiā
loquamini, & quæ iu-
ſta ſunt iudicetis uos
poſteri Adæ?
2 Nihil profectò faci
tis minus, quum ſcele-
ra animo ſtruatis po
teſtatem nacti in terra,
quamuis iniquitatem
manus ueſtræ pro æq-
tate uenditent, tanq̃
iuſta ſtatera uos om-
nia expendatis.
3 Aberrauerūt ab eo
quod rectum eſt, impij
à tēpore quo primùm
æditi fuerunt in lucē,
errare cœperunt, ab
utero matris loquen-
tes fucata.
4 Venenum eorum
ſimile eſt ueneno ſer-
pentis, & callidiſsimæ
aſpidis ultrò obſurde-

Si uerè
utiq; iu-
ſtitiā lo-
qui.

5 *Quæ non exau*
*dit uocem incanta=*
*torum, quantum=*
*cũq; docta ſint car*
*mina.*
6 *Cõtere ô Deus*
*dentes eorũ in ore*
*ipſorũ, molares ca*
*tulorũ leonum cõ=*
*fringe Domine.*
7 *Liqueant ſicut*
*aquæ, & ſic deflu*
*ant, ſagittas ſuas*
*cum dirigũt, ſicut*
*illæ cõfringantur.*
8 *Diffluãt uelut li*
*max, & ſicut abor*
*tiuum fœminæ priuſquàm ſolem uidet.*
9 *Priuſquàm ſpinæ eorum adoleſcant*

ſcentis & obturãtis au
rem ſuam:
5 Vt nõ cogatur au-
dire uocẽ eorum, qui
murmure ſuaui fallere
illam conantur, etiam
ſi incantandi artibus
ſint inſtructiſsimi.
6 Deus cõminue den-
tes eorum intra os eo-
rũ, dentes molares eo-
rum quibus leonũ ca-
tulis ſimiles ſunt, con-
fringe Domine.
7 Diffluant ſicut a-
quæ natura labiles, ſa-
gittæ quas iaculantur
inter uolandũ confrin
gantur.
8 Similes fiant lima-
ci, quæ inter repẽdũ
colliqueſcit, & aborti-
uo, uel talpæ, quæ nõ
uidet ſolem.
9 Priuſquam creſcant

*in ramnum, repen=
tè uiuos ſicut acer
rimo furore tollat
eos turbo.*

10 *Sic iuſtus lætabi
tur cùm uidebit ul
tionem, & pedes
ſuos lauabit in ſan
guine impij.*

11 *Et dicet homo,
pfecto merces ma=
net iuſtum, profe=
ctò eſt Deus q uin
dicat terram.*

*PSAL. LIX.*

1 *Libera me de
inimicis meis Deus meus, & ab his
qui inſurgunt in me protege me.*

2 *Libera ab his q ſceleratè agũt, & à*

ſpinæ ueſtræ ô impij
in ramnum, in flore
ętatis ueluti iratus Do
minus ſubuertet eum,
qui dux eſt ueſter unà
uobiſcum.

10 Gaudebit iuſtus
ubi uiderit uindictam,
pedes ſuos madefaciet
ſanguine impij.

11 Et dicet qſquis ui-
derit, utiq; fructum aſ
feret iuſto iuſtitia ſua,
ges Arabũ & Sabæo-
rum tributa pendant.
11 Et adorẽt illũ quot-

*tes ſeruiant.*
12 *Vt liberet que-*
*rulum, inopem, &*
*adflictum cui nemo*
*fert auxilium.*
13 *Vt miſereatur*
*pauperum ac te-*
*nuium, ut animas*
*egenorum ſaluet.*
14 *Redimendo ani*
*mas eorum à fœ-*
*nore & uiolentia,*
*& ſanguinem eo-*
*rũ pretioſum exi-*
*ſtimando.*
15 *Viuat, & detur*
*ei de auro Arabiæ, adoretur ſine fine,*
*& omni tempore celebretur.*
16 *Tanta fiat in terra, per montiũ uer-*

quot uſquã ſunt reges,
orbis totus ſeruiat illi.
12 Futurus enim eſt
æquiſſimus, & libera-
bit è malis egenũ auxi
lium illius implorantẽ
& pauperem humano
præſidio deſtitutum.
13 Pius erit in pauperẽ
& egenum, & animas
egenorum beabit.
14 Ab uſuris & iniqui
tate redimet animas
eorum, nec temere ſuum
di ſinet ſanguinem il-
lorum.
15 Viuet cum rege illo
pauper, & participem
faciet eũ auri Arabici,
& orabit ꝑ eo aſſidue
nullo non tempore be
neficus erit in eum.
16 Ex paucis granis in
terram proiectis, etiam

ſices tritici uis, ut inſtar Libani fra=gorem reddat: in urbe germinent ſi=cut fœnum terræ.
17 Duret nomẽ eius in perpetuũ, inſtar ſolis iuueneſcat no men eius, beatæ ſi=ant in eo, beatũq; prædicent eum, o=mnes gentes.
18 Benedictus Do=minus Deus, Deus Iſraël qui ſolus ad miranda facit.
19 Et benedictũ ſit

ſi in cacumine montiũ ſatio fiat, maxima pro ueniet meſſis: & excre-ſcet frumẽtum illud in eam altitudinem, ut ſi uẽto agitetur, ſtrepitũ excitent ariſtæ plenæ, qualem altiſſimæ ce-dri in monte Libano ſolent: florebunt inſu-per ciues, & multiplica buntur in ciuitate, quẽ admodum herba ſolet in agris.
17 Erit nomen illius ce-lebre perpetuò: priuſ-quã enim eſſet ſol, ab æterno filius erat no-men illi: felices ſe fate-bũtur beneficio illius uniuerſæ nationes, & beatum illum præ o-mnibus prædicabunt.
18 Dignus omni laude Dominus Deus, De-us inquam Iſraelis: qui facit incomprehenſibilia ſuis uiribus, non adiutus alienis.
19 Et dignũ omni laude nomẽ illud magnificũ filij

*nomen maieſtatis*
*eius in ſempiternū,*
*& maieſtate eius*
*impleatur uniuerſa*
*terra, Amē Amen.*

Finis libri ſecundi.

Finis orationum,
Dauid filij Ieſſe.

PSALMVS
LXXIII.

Quàm bonus Iſrael Deus.

1 *QVàm ſuauis*
*eſt deus Iſ=*
*raëlis his qui mun*
*do ſunt corde.*

2 *Mei uerò pedes*
*fermè declinauerāt*
*fermè effuſi fuerāt*
*greſſus mei.*

3 *Quum in ſtultā*

ipſius perpetuò, quare
replebit maieſtate no-
minis illius uniuerſa
terra. Ita fiet. Ita fiet.

Hæc ut euenirēt ſum
ma fuit uotorum ipſius
Dauid filij Ieſſe.

LXXIII.

1 QVanuis certiſ-
ſimum ſit, nun
quam nō eſſe
beneficum Deum in
Iſraelem, hoc eſt illos,
qui candido ſunt pe-
ctore:

2 Mihi tamen hoc ac
cidit abſurdi, ut quum
mei pene oblitus eſſem
tantum non labi cœpe
rint pedes mei: & quē-
admodum accidere ſo
let his, qui per lubrica
ambulāt, effuſo greſſu
collapſus fuerim.

3 In cauſa uerò fuit,
quòd excandeſcere cœperim in eos, qui ebrietate
fortunæ ad inſaniam uſq; ſibi placent, & quòd ui-
derem pacata eſſe impiorum omnia.

*æmulationem inci= do, uidendo impijs omnia eſſe ſalua,*

4 *Nulla ſunt one= ra ſub quibus oc= cumbāt, ſed ſimul magna opulentia.*

5 *In hominū ærū= nis non ſunt, nec cum hominibus ua pulant.*

6 *Ex quo fit ut per ſuperbiam efferan tur, ut uiolētia & iniuria operti ſint.*

7 *Vt per opulentiā omni cupiditati in- dulgeāt, & cordis deſideria ſectētur.*

4 Tota enim uita non ſolum fortunata illis omnia fuerunt, ſed & in morte illis accidere ſolet: ut ætate defecti, ſine longo cruciatu extinguantur, & palatia relinquant regia hære- dibus ſuis.

5 A moleſtijs, quibus ex ipſa conditione ho- mo fragilis obnoxius eſt: liberi eſſe uidētur, nec ſicut reliqui homi- nes flagellis à malo deterrentur.

6 Hinc fit, ut ſuperbia poſſideat eos totos, & quemadmodum ueſtis totum hominem tege- re ſolet, ita iniquitas habeat totos inuolu- tos illos.

7 Vix apparent præ pinguedine oculi eo- rum, ſuprà quàm ſpe- rauerant omnia illis proſperè eueniunt.

8 *Sordent eis oīa quàm quæ ipſi per maliciam & audaciam loquuntur, id autē faſtuoſiſsimè.*

9 *In cœlū portendunt os ſuū, & ꝑ orbem lingua eorū uagatur.*

10 *Idcirco & grex aſſectantium eos, hic uerſatur: hic quæſtus iſtis uberrimus prouenit.*

11 *Quin & dicere audent, quomodo ſciret deus, et quo=*

8 Terrori ſunt obnijs omnibus propter potentiam illorum, quæ eò excreuit, ut ſcelera ſua & uim, qua opprimunt miſeros, latere nō cupiant, ſed palàm loquantur: & ſeſe ob huiuſmodi iactent, neque pudeat illos ipſum Deum, quamuis ſupra omnia ſit, uirulēta lingua laceſſere.

9 Eum qui cœlos habitat ore blaſphemo irritare audent, & lingua illorum uirulēta, per eos qui terram incolunt, obambulat.

10 Propter huiuſmodi fluctuabit populus Dei, nunc hoc, nunc illud in animo uerſans: & hæc ueluti aquæ amariſsimæ pleno calice obtrudentur illis ut

11 Illi interim ridentes dicere audebunt, nouit ne hæc Deus & patitur? credendum ne eſt proui-

modo ſcie͂tia in ex=
celſo eſſet?
12 Sic ergò mecum
reputabã, Ecce im
pij ac diuites iſti,
perpetuò poſſidẽt
opes.
13 Fruſtra igitur
purifico cor meũ,
fruſtra manus me=
as innoce͂tia abluo.
14 Fruſtra totũ diẽ
uapulo, ac totã no
ctem caſtigor.
15 Cùm ad hũc in=
quam modũ mecũ
reputarem, tantum non ſodalitatem fi=
liorum tuorum reprobabam.
16 Conſtituebam hoc ſcire quod mihi

dentiam eſſe in altiſ-
ſimo?
12 Ecce eiuſmodi im-
pij, & in hoc mũdo fe
lices, aſſecuti ſunt ro-
bur & diuitias.
13 Profectò ego fru-
ſtra operam dediſſe ui
deor, ut candido eſſem
pectore, & abluerem
aqua munda ſordes à
manibus meis.
14 Flagellabar enim aſ
ſiduè ab impijs, & in-
crepatio mei ſummo
manè cœpit.
15 Si tentaui recenſere
quomodo fieri uide-
bam hęc ab impijs, nõ
potui non iudicare mi
ſeros, quos tu tamen
pro filijs habes.
16 Et ſi rationem ho-
rũ inuenire conabar,

*admodũ moleſtum*
*uidebatur,*
17 *Donec penetra*
*rem in ſacra adyta*
*dei, & conſidera=*
*rem finem eorum.*
18 *Nempe ꝙ in lu*
*brico locauiſti eos,*
*atq; præcipitas.*
19 *Vah quàm ſubi*
*tò exterminantur,*
*perimuntur, et cõ=*
*ſumũtur uarijs p=*
*ditionibus?*
20 *Nõ aliter quàm*
*ſomnium poſted=*
*quàm quis euigila*
*uerit, ſic enim do=*
*mine imaginẽ ipſo*

ipſa rei difficultas deſi
ſtere coëgit me.
17 Deprehẽdi enim me
nõ inuenturum quod
quærebam, priuſquã
ingreſſus eſſem ſan-
ctuaria, quæ tu Deus
inhabitas: tunc enim
intelligam rem ipſam,
quũ uidero, quem fi-
nem habituri ſint im-
pij, qui hic uidebantur
felices, & pij, quos hic
opprimebant illi.
18 Profectò ſunt lu-
brica & fluxa, quæ
dediſti illis, quibus tan
topere placẽt ſibi: præ-
cipites dabis illos, &
corruent in extremas
miſerias.
19 Quàm ſubita cala
mitate oppreſſi ſunt,
perierunt, ſubitisq́; ter
roribus exterriti in ni-
hilum redacti ſunt.
20 Quemadmodũ ſom
ni, quantumuis dor-

*rũ ex urbe deles.*
21 *Hoc pacto ueluti fermentabatur cor meum, & renes meos immutabar.*
22 *Hoc pacto imprudẽs æſtuabã, et beſtia corã te erã,*
23 *Cũ tu mihi nunquam deſis, atque dexteram manum meam teneas,*
24 *Conſilio tuo me ducas, ac deinde honorificè ſuſcipias.*
25 *Quãta mihi oro repoſita ſunt in*

mienti gratus fuerit, reliquum nihil eſt, ubi quis nihil factus fuerit: ita eorum, quibus hic ſe felices putabant, reliquum illis nihil erit, quin potius tu domine in ciuitate etiam imagines illorum contemptibiles omnibus reddes.
21 Interim ueluti acore quodam macerabit ſe cor meum, & torquebo me cogitationibus meis.
22 Propterea quòd ueluti omnium rerum ignarus, hæc non ſatis intelligere potuerim: & ueluti brutis ſimilis in expendendis conſilijs tuis fuerim,
23 Ego tamen, quãuis id non appareret, ſemper curæ fui tibi, & apprehenſam ſemper habuiſti manum dexteram meam.
24 Et tuo conſilio quacunq; eundum mihi eſſet

*cœlis? nam quæ in*
*terra ſunt, cũ tibi*
*cõparo, cõtemno.*
26 *Nihil eſt mihi, et*
*caro mea, & cor*
*meũ: nã robur cor*
*dis mei, & pars*
*mea deus ĩ æternũ.*
27 *Ecce enim, qui*
*longius à te abeũt,*
*pereunt: perdis o=*
*mnes qui te cõtem*
*pto adulterant.*
28 *Mihi uerò opti*
*mũ eſto, Deo ad=*
*hærere, Domino*
*Deo fidere, et præ*

ueluti comes itineris
fuiſti, & me tandẽ ma
ieſtatis tuæ participem
ad te recipies.
26 Deficere uidebatur
caro mea, & cor meũ,
ſed tu quum maximè
infirmus uiderer, plu-
rimũ roboris addebas
animo meo: quare te
partium mearum con
fido futurũ Deus per-
petuò.
27 Econtrario certo
certius, qui à te procul
recedunt interibunt,
perdes omnem illum,
qui te deſerto aliud
præfert tibi.
28 Quare ego quũ mi
hi perſuaſiſſem utiliſſi
mum fore, amicitiam
cũ Deo uero inire: col
locaui in domino deo
omnẽ fiduciam meã,
futurum ſperans: ut ille mihi facultatem det con
ſcribendi uaria illa & ſummo artificio abſoluta
opera, quæ facit aſsiduè,

*dicare uniuerſa o=*
*pera eius.*

## PSALMVS LXXIIII.

1 *CVr Deus nos*
*in perpetuũ*
*repudias? cur ſto=*
*machatur ira tua*
*in gregem paſcuæ*
*tuæ?*
2 *Memento cœ=*
*tus tui quẽ iã olim*
*comparauiſti, ſce=*
*ptri hæreditatis*
*tuæ quam adſerui=*
*ſti, montis huius*
*Zion quẽ habitas.*
3 *Leua incũctãter*
*greſſus tuos con=*

## LXXIIII.

1 QVid quæſo
Deus ſibi uult
hæc tam diu-
turna calamitas, deſe-
res ne nos perpetuò?
nec finẽ facies excan-
deſcendi in gregẽ, qui
tuæ ſolius curæ ut illũ
paſcas cõmiſſus eſt?
2 Recordare multitu-
dinis, quã olim ut ꝓ-
prie tua eſſet, cõquiſi-
uiſti tibi, quã & rede-
miſti è ſeruitute duriſ-
ſima, ut imperium in
eam acciperes ueluti
hæreditario iure tuũ,
& in montẽ hũc Sion,
quem ipſe ad inhabi-
tandum elegiſti tibi.
3 Erige te in pedes,
ut obuiã hoſtibus ꝓ-
fectus, malis illos affi-
cias nunquã finiendis:
nihil eñi non auſi ſunt
in templum ſanctitatis
tuæ conſecratum.

Vt quid
Deus re-
puliſti in
finem,

*tra uaſtationes, oĩa*
*enim ꝑdidit hoſtis*
*in ſanctuario.*
4 *Inimici tui in fe*
*ſtiuitate tua rebo=*
*ant, ſigna ſua pin=*
*nis impoſuerunt.*
5 *Audiri creditur*
*ſecuris, ſupernè eſt*
*ſylua tonantis ue=*
*niens fragor.*
6 *Simul bipenni=*
*bus ac rũcinis quaſ*
*ſantur ſculpta ope*
*ra eius.*
7 *Igni incenditur*
*ſanctuarium tuũ,*
*humi ꝓphanatur domiciliũ nominis tui.*
8 *Dicunt in cordibus ſuis, diripiamus*

4 Sublata enim uoce
clamauerunt aduerſa-
rij tui uictores ipſis fe-
ſtis tuis ſolennibus, nõ
aliter ꝙ pij ſolent præ
gaudio cãtare in hono
rẽ tuũ, erexerũt uexil-
la ſua in trophæum.
5 Palàm uidẽtibus cũ-
ctis aſcenderunt uaſta-
turi templũ tuum, nõ
aliter quàm ſyluam li
gnorum ingreſſi arbo
res truncare ſolent.
6 Iam nũc hoc agũt,
ut ianuas & omnẽ pe-
nitus ornatũ illius ſecu
ri & malleis perdant.
7 Immiſerunt ignẽ in
omnia loca tuæ maie-
ſtati conſecrata, in ter
ram uſq; ſacrilegi ꝓ-
ſtrauerunt habitaculũ
nominis tui.
8 Statuerunt apud ſe

eos ſubitò, aboleã=
tur omnes celebri=
tates Dei è terra.
9 Signa quæ pa=
tribus noſtris olim
oſtendiſti nõ uide=
mus, nullus ultra
eſt propheta, nul=
lus qui quicquã uel
tantillum uideat.
10 Quouſq; ô deus
cõtumeliabitur ho
ſtis? an in perpetuũ
proſcindet nomen
tuum hoſtis?
11 Cur omnino re=
traxiſti manũ tuã,
& dexteram tuã
in ſinum tuum?

ſubuertere penitus o-
mnia, quod & factum
eſt: exuſſerunt eñ tem
plum tuum Deus, ad
quod ſtatis anni tem-
poribus concurrere ſo
lent diem tibi feſtũ ce-
lebraturi, qui degunt
in terra.
9 Signa liberationis
ab his malis adhuc nul
la apparent, nec ullus
eſt propheta, nec quen
quam dediſti nobis,
qui ſcire poſsit, quan-
do horũ ſperare liceat
finem.
10 Quouſque feres ô
Deus contumelioſum
in te aduerſariũ, & ini
micũ blaſphemum in
maieſtatẽ nominis tui,
perpetuò ne?
11 Quare contrahis
utranq; manum, ſini-
ſtram & dexterã tuam
inſtar hominis ocioſi?
profer quæſo tandem

12 O' Deus & rex
meus ab ipſo exor
dio, quiq́;, quicqd
in orbe ſalutis eſt,
operaris.

13 Tu diſsipas uir=
tute tua mare: tu
conteris Tynno=
rum, qui in aquis
habitant, capita.

14 Tu cōminuis te=
ſtam Leuiathan,
& in cibum tri=
buis eum populo
Aethiopum.

15 Tu incidis fontē
& flumen, tu exic

eam è ſinu tuo, & ꝑde
hos impios in te homi-
nes funditus.

12 Certè ille Deus rex
mihi fuit à ſeculis plu-
rimis, q innumeris ar-
gumentis palam oſten
dit in medio huius ter-
ræ uires ſibi nō deeſſe,
qbus ſeruet quoſcūq;
uoluerit.

13 Tu enim omnipo
tentia tua olim ſecui-
ſti mare, ut locus eſſet
tranſeundi tuis, confre
giſti capita illorū, qui
draconibus immanita
te ſimiles erāt, eiſdem
in aquis per quas tuos
perduxeras ſaluos.

14 Fregiſti uires illius,
qui ſimilis uidebatur
draconi maximo, &
capita habenti pluri-
ma: obieciſti eum de-
uorandum feris & coruis, qui in deſertis locis uer
ſari ſolent, & uictitare cadaueribus.

15 Tu aperuiſti aridam petram, & eduxiſti ex ea

*cas fluuios ĩmanes.*
16 *Tuus eſt dies,*
*tua ē nox, tu ador*
*naſti lucē ac ſolē.*
17 *Tu conſtituiſti*
*terminos terræ,*
*æſtatē & hyemem*
*tu formaſti.*
18 *Idcirco memine*
*ris ô Domine con=*
*tumeliarum hoſtis*
*& ſtupidi populi*
*qui blaſphemat no*
*men tuum.*
19 *Ne tradas feræ*
*turturem tuum, ne*
*obliuiſcaris humi=*
*lium tuorū in per=*
*petuum.*

aquam tanquã ex fon
te, tam copioſam ut in
iuſtū flumen excreue-
rit: ecõtrario rapidiſsi-
mos fluuios exiccaſti,
q̃ties ita tibi uiſū fuit.
16 A te eſt uiciſsitudo
hæc dierū & noctium,
quibus tu elegãter, ut
præſint, diſtribuiſti, ꝓ
natura utriuſq; : lunã
uidelicet & reliquarū
ſtellarum lumen nocti,
& ſolem diei.
17 Per te ſtabiles ſunt
uarii illi anguli terræ,
æſtatem ab hyeme tu
diſcreuiſti.
18 Habe rationē huius
tam inſignis contume
liæ: hoſtis enim ille nõ
ſolum affligit nos, ſed
& dominū te, aſsiduè
afficit contumelia, &
populus ſtolidus exe-
cratur nomen tuum.
19 Ne obieceris multi-
tudini hoſtium turtu-

20 *Reſpice fœdus,*
*quoniā tenebroſa*
*terræ domicilia ſce*
*lere repleta ſunt.*
21 *Ne repellatur*
*contuitus & igno*
*minia adfectus, hu=*
*milis & pauper q*
*nomen tuū laudat.*
22 *Exurge Deus,*
*defende cauſam tu=*
*am, memento ob=*
*probrij quo te nul*
*lo nō tempore ſtul*
*tus adficit.*

rem tuam, & multitu-
dinis pauperū tuæ ſo-
lius curæ relictorum
ne obliuiſcaris perpe-
tuò.
20 Reſpice ad fœdus,
quod cum patribus pe
pigiſti: eò enim malo-
rum peruenimus, ut in
teterrimis locis, & ue-
luti ſubterraneis, &
obſcuritatibus pleniſ-
ſimis degere mœſti co
gamur: nec hæ tamen
domus ab iniuria &
inſultibus hoſtium im-
munes ſunt.
21 Ne abire quæſo co
gatur pauper ſuffuſus
pudore: pauper enim
humano auxilio de-
ſtitutus, non diuites
iſti: ad te confugiet, & nomen tuum laudibus ce
lebre faciet.
22 Exurge domine & tracta tuam ipſius cauſam:
in memoriam reuoca, qua ſis contumelia affectus
à populo ad impietatem uſq; ſtolido, non ſemel
atq; iterum, ſed aſsiduè.

23 *Noli obliuiſci uocis inimicorum tuorum, faſtus enim inſurgentiũ in te uehementer creſcit.*

PSALMVS LXXV.

1 *COnfitebimur tibi ò deus: cõfitebimur præſenti nomini tuo, et egregia facta tua narrabimus.*

2 *Ego cũ ſtatutum tẽpus nactus ero, quod æquũ & rectum eſt, iudicabo.*

3 *Langueat tellus licet & uniuerſi*

23 Ne obliuioni dederis impias uoces aduerſariorum, non tam noſtrorum quàm tuorum: contumelioſa enim uociferatio eorum, qui ſe opponunt tibi, aſſiduè fit maior & maior.

LXXV.

1 LAudibus extollere cœpimus te Deus, laudibus inquã extollere te cœpimus, & pro beneficijs acceptis gratias agere, & continuò ſenſimus præſentiam nominis tui: quare cõmemorabunt quotquot uiderunt, quàm miris modis nobis adfueris contra hoſtes noſtros. Confitebimur tibi deus.

2 Vbi ego, inquit dominus, tempus ſtatuero mihi, quo quæ iuſta ſunt exequar,

3 Terra ſentiet iram meã, & præ metu ex-

*qui habitant in ea,*
*ego fulciam colum*
*nas eius.* סלה
4 Dicã ſtultis, No
*lite ſtultè agerè: et*
*impijs,* Nolite *ex=*
*altare cornu.*
5 Nolite *in altum*
*erigere cornu ue=*
*ſtrũ,ut cõtumaciter*
*cogitetis peruerſa.*
6 Quoniã *neq; ab*
*ortu,neq; ab occa=*
*ſu, non à deſerto*
*aut à montibus ade*
*rit qui defendat.*
7 *Sed deus uindex*

animabunt, quotquot
habitabunt in ea cuius
ego fundamenta ieci,
& ueluti columnis ſta-
bilitui: quare & concu-
tere eam difficile mihi
nõ erit. Ita res habet.
4 Sæpe admonui ſtul
tos, ne ad inſaniã uſq;
ineptirent: & impios,
ne nimiũ erigerent cri-
ſtas ſuas.
5 Dicebam enim ad il
los, nolite erigere con-
tra Deũ, qui in cœlo
habitat, cornu ueſtrũ:
neq; loquamini ceruí-
ce erecta contumelio-
ſè de illo.
6 Quia neq; ab Oriẽ-
te, neque ab Occiden-
te, neque ab Auſtro
cuiquã cõtinget, quod
ſolidè magnum facere
poterit illum.

7 Sed Deus iuſtus iudex, ille ſolus deponit, & ad
nihilum redigit, & econtrario eriget in altũ quen-
cunq; uoluerit.

*eſt: hūc deijcit, iſtū*
*autem erigit.*
8 *Nam crater, uino meraco plenus & adornatus, in manu dñi eſt, de quo ſūdetur, et feces eius ſugēt ac ebibēt oēs impij terræ.*
9 *Ego autē in perpetuū prædicabo & collaudabo deum Iaacob.*
10 *Et omnia cornua impiorū cōfringā, cornua uerò iuſti exaltabuntur.*

8 Habet enim dominus in manu poculū, in quo pulchrè rubet uinū, ſed cui plurimum eſt fecis admixtum: ex hoc porriget meracum pijs, fecē uerò noxiam exugere, imò epotare coget impios oēs, q̄tū uis degāt ī terra multi.
9 Interim ego operam dabo, ut hęc diuina æquitas nota fiat ſubſequētiū ſeculorū hominibus: pſalmos conſcribam, & cantabo in honorem Dei Iacob.
10 Et ego, inquit Dñs, cornua impiorū cōſtringam, & efficiam, ut exaltentur cornua iuſti.

LXXVI.

1 NOtus inter Iudęos deus, et apud Iſraelitas

Notus eſt inter.

PSALMVS LXXVI.

1 *NOtus eſt ī Iuda deus, magnū eſt ī*

*Iſraël nomen eius.*
2 *Eſt enim in Salē*
*tabernaculū eius,*
*& habitatio eius*
*in Zion.*
3 *Iſthic confregit*
*uolucres ſagittas,*
*arcus, ſcuta, gladi=*
*os, & totum bel=*
*lum.* סלה
4 *Clarior et magni*
*ficentior es tu quā*
*montes prædonū.*
5 *In prædam enim*
*abeūt, audaces cor*
*de, dormiūt ſomnū*
*ſuum, & in nihilū*
*redigūtur cum o=*
*pibus ſuis omnes potentes.*

magnifit nomen illius.
2 Erat enim in Hie-
ruſalem tabernaculū
ipſius, & domus eius
in Sion.
3 Illic ſæpe confregit
emiſſas ab arcu ſagit-
tas, ſcutum & gladium
rupit, & bella confecit.
Ita factum eſt.
4 Conſpicuus apparui-
ſti tu, & ferox in ho-
ſtes magis q̄ ullus leo
uel urſus egreſſus ad
prædandum è monti-
bus, qui receptacula
eſſe ſolent rapacium
animalium.
5 In prædam dati ſunt
animo feroces, oppe-
tierunt ueluti mortife-
ro ſomno grauati, nec
uſui illi eſſe potuerunt,
quantumuis uiri eſſent
alioqui fortes, manus
illorum.

6
*Te obiurgãte ô deus Iaacob, ſopore obruuntur & currus & equites.*
7 *Tu formidabilis es, quis enim conſtet in cõſpectu tuo cùm iraſceris?*
8
*Quũ de cœlo iudicium pronũcias, iam tellus timet ac tacet.*
9
*Quum ſcilicet ad iudicandũ exurgit Deus, ut adſerat omnes adflictos in terra.* סלה
10 *Ob eam uindictã homines confiten=*

6 Increpatione tua factum eſt, ô Deus Iacob, ut mortem oppetierit rex ipſe cum ſuis, & multitudo curruum & equorum uelut ſomnium euanuerit.
7 Vehemẽtiſsimè metuẽdus es tu, & qs ſubſiſtere poterit coram te ubi iratus fueris?
8 Efficies ut è cœlo audiant æquitatem iudicij: quod ubi factum fuerit, metuẽt ſibi quicunq; terram inhabitant, nec mutire cõtrà audebunt.
9 Fiet autem quum aperuerit ſe Deus ad ferendam ſententiam cõtra malos, ut liberos reddat à tyrãnide illorum pios qui degunt in terra. Ita fiet.
10 Honori profectò tibi erunt, qui ira cõciti temere cõtra te in præ

*tur tibi, ut iterum*
*accingaris ad uin=*
*dicandum.*
11 *Vouete ac reddi*
*te Domino deo ue*
*ſtro omnes qui in*
*hoc cœtu adeſtis,*
*adferte formudabili*
*munera.*
12 *Qui intercipit*
*ſpiritum principũ,*
*formudabilis regi=*
*bus terræ.*

PSALMVS
LXXVII.

1 *VOce mea cũ*
Voce me a ad dñm clamaui. *clamarem ad*
*Deum, ad Deum*
*cũ clamarẽ uoce mea aurẽ præbuit mihi.*

lium prodierunt: peri-
bunt enim, & ſi quid
minarum hoſtilium re-
liquũ fuerit, id tu uen-
dicabis tibi, & te illi
opponens, ne terreantur
tui.
11 Vouete, & perſolui-
te quæ uouiſtis domi-
no Deo ueſtro: quot-
quot habitatis circa il-
lum offerte ei munus,
qui meritò colẽdus eſt
ſolicitè.
12 Ipſe eſt enĩ, qui adi-
mere poteſt uitã princi-
pibus, & terrere ipſos
reges, etiam ſi Domini
eſſe uideantur ipſius
terræ.

LXXVII.

1 VOce mea ad
Deum clama-
bo, uoce inquã
mea aſsiduè clamabo,
donec aurem præbeat
mihi.

2 *Quũ tribularer,*
*dominũ quærebã,*
*uacillabat totas no*
*ctes uirtus mea &*
*nõ qeſcebat, renue*
*bat conſolationem*
*recipere aĩa mea.*
3 *Dei memoriã cũ*
*repeterẽ fremebã,*
*cùm ordirer defi=*
*ciebat me ſpiritus*
*meus.* סלה
4 *Tenebas palpe=*
*bras oculorũ meo*
*rũ, attonitus erã ut*
*loqui nõ poſſem.*
5 *Tũc reputabam*
*mecum retro tem=*
*pora & annos ſeculorum.*

2 Quotieſcunque ad-
uerſi aliquid accidebat
mihi, ad Dominum re
currebam: & ſi uulnus
meum per noctem re
crudeſcebat, nec remit
tebat ſe dolor, recuſa-
uit admittere ullam cõ
ſolationẽ anima mea
aliam ab ea, quàm ex-
pectabam à domino.
3 In memoria ergò
habebo Deum, & eiu-
labo ad illum, loquar,
& ſolicitudine confi-
ciet ſe ſpiritus meus.
Ita fiet.
4 Apprehendiſti pal-
pebras oculorum meo
rum, ne poſſim dormi-
re: quæ res me ſic con-
turbauit, ut ne loqui q
dem amplius libuerit.
5 Quare animo re-
uolui dies ab initio ſe-
culi, & annos ſeculo-
rum ſuperiorum.

6 *Reputabã nocte*
*carmina mea, cum*
*corde meo collo=*
*quebar, & excutie*
*bam ſpiritũ meum.*
7 *Num in perpe=*
*tuũ repudiabit* Do
*minus? num nunq̃*
*placidus fiet ultrà?*
8 *Num uſq; ad fi*
*nẽ abhorrebit à bo*
*nitate ſua, et poſte*
*ris loqui deſinet?*
9 *Num miſerendi*
*oblitus eſt* Deus?
*Num per iram re=*
*primet clemẽtiam*
*ſuam?* סלה
10 *Tandem hûc ue*

6 In memoriam reuo-
cabo, & carmen meũ
quo alios conſolari ſo-
leo: & per noctem cum
corde meo colloquar,
& erit animus meus
in cogitationibus to-
tus.
7 Num perpetuò de-
feret nos dominus, &
futurum ne eſt ut pla-
catior fiat unquã poſt
hæc?
8 Perijt ne in perpe-
tuũ miſericordia ipſi-
us? irritus ne factus eſt
ſermo quo pollicitus
eſt ſe conſolaturũ mœ
ſtos, non una tantum
generatione, ſed om-
nibus?
9 Oblitus ne eſt miſe-
reri Deus? aut præ ira
uim facit ſibi, ne unq̃
ſentiamus uaria gene-
ra benignitatis illius?
Ita ne fiet?
10 Profectò dicebã, ad

*niebam ut dicerẽ,*
*Satin' ſanus es? De*
*xtera excelſi uices*
*mutat.*
11 *Memorabo ope*
*ra Domini, nam li-*
*bẽs recenſebo uete*
*ra miracula tua.*
12 *Et omnia opera*
*tua prædicabo, de*
*que conſilijs tuis*
*diſſeram.*
13 *Deus, uia tua in*
*ſancto eſt. Quis eſt*
*tam magnus Deus*
*ſicut Deus?*
14 *Tu es Deus qui*
*admirãda facis, qui*
*notum facis robur*

mortem uſque cruciat
me hæc recordatio ſu-
periorum annoꝝ, qui
bus toties & tam ma-
nifeſtè adfuit omnipo-
tẽti dextera ſua, is qui
ſupra omnia eſt dñs.
11 Nõ tamẽ ſperare de
ſinam, ſed memoria re
petã cõſilia ſeruatoris
Dei, quibus ſe aliquã-
do placatum oſtendere
ſolet: memoria inquã
repetam, quàm mira-
culoſè olim ipſe adfue
ris tuis Deus.
12 Animo uoluebã &
reuoluebã omnis gene
ris opera tua, & in re-
cenſendis conſilijs tuis
occupatus eram.
13 Quare deprehendi ô
deus ſactimoniæ ple-
na eſſe oĩa opera tua,
nec eſſe potẽtia & ma-
gnitudine conferendũ
cũ te deo uero quicquam.
14 Tu ille es deus, qui

*tuum in populis.*
15 *Qui manu rede*
*miſti populũ tuũ,*
*filios Iaacob & Io*
*ſeph.* סלה
16 *Aquæ cogno=*
*ſcunt te Deus, co=*
*gnoſcunt aquæ ac*
*reuerẽtur te, abyſ=*
*ſi contremiſcunt.*
17 *Fundũt nebulæ*
*aquas, fragorem*
*reddũt nubes, de=*
*inde et ſagittæ tuæ*
*diſcurrunt.*
18 *Vox tonitrus*
*tui in ſpæra* reboat,
*fulgura in orbem*
*emicant, tremit ac mouet tellus.*

ſtupenda deſignas, no
tam feciſti in uarijs po
pulis omnipotentiam
tuam.
15 Redemiſti brachio
potenti populum tuũ,
poſteros Iacob & Io-
ſeph. Ita res habet.
16 Vbi te uidiſſent a-
quæ deus, uidiſſent in-
quam te aquæ, uiribus
deſtitutæ ſunt, & con-
territæ ſunt abyſsi.
17 Effundunt nubes
aquas quoties tu uis,
& ſonũ ædunt: quin &
grando copioſe te iu-
bente decidit, ſagittis
ſimilis.
18 Auditur è cœlo toni-
tru uehementer ſono-
rum: illuminant, & ue-
luti lucere faciunt or-
bem fulgura, ut ſæpe
timore capiuntur, &
tremore hi, qui terram
inhabitant.

19 In mari ita uia
tua eſt, & ſemita
tua in pelago, ut
ueſtigia tua nō de
prehendantur.
20 Deduxiſti uelut
gregē populū tuū
ſub imperio Moſis
& Aharonis.

PSALMVS
LXXVIII.

1 AVdi popule
mi legē meā,
præbete aurē ſer=
moni oris mei.
2 Adperiam ad pa
rabolas os meum,
eruam priſcarum rerum ænigmata.
3 Quæ & audiuimus & perſpecta ha-

19 Per mediū mare ob-
ambulas, & per aquas
plurimas, non aliter,
quàm per tritiſsimas
uias, nec apparent ulla
ueſtigia tui.
20 Duxiſti olim nō ali-
ter, quàm paſtor gregē
ſibi cōmiſſum ſolet, po
pulum tuū miniſterio
Moſæ, & Aaron.

LXXVIII.

1 AVſculta popule
mi doctrinā me-
am, præbete au
res ueſtras omnes uos
ſermonibus meis.

Attēdite popule meus legem me.

2 Cōmemorabo quæ
fabulæ uideri, & ſupra
fidem eſſe poſsint, niſi
uerè conſtaret ſuperio
ribus ſeculis contigiſſe
ea.
3 Ab aliis enim audiuiſ-

*bemus, ex narra-*
*tione patrum no-*
*ſtrorum.*
4 *Ne celemus fu-*
*turis ſeculis poſte-*
*ros eorum, prædi-*
*cando gloriam do*
*mini, robur eius,*
*& ſtupẽda opera*
*eius quæ geſſit.*
5 *Conſtituit enim*
*fœdus cũ Iaacob,*
*et legẽ Iſraëli tulit*
*de qua præcepit pa*
*tribus noſtris ut eã*
*filijs ſuis traderẽt.*
6 *Vt poſteri, filij*
*qui naſcituri &*
*orituri erant, & ſcirent & filijs ſuis*

mus, & uera eſſe certò
ſcimus: patres enim no
ſtri conſcripſerunt dili-
genter, ne nos ignora-
remus ea.
4 Neq; nos ergò inui-
debimus poſteris illo-
rum uſq; in nouiſsimã
generationem, ſed di-
ligenter conſcribemus
laudes domini, & om-
nipotentiam eius: ſtu-
penda quoque opera,
quę ille deſignauit plu
rima.
5 In primis hoc hono-
re dignatus eſt Iacob,
quòd præſcripta rectè
uiuendi tradiderit po-
ſteris ipſius Iſraelis, &
mandauerit progenito
ribus noſtris, ut ea do-
cerent liberos ſuos.
6 Vt ſciant etiam ne-
potes illorũ, qui poſt
ipſos naſcentur: & illi
iterum ſuperioꝝ nepo

*exponerent.*
7 *Quò magis ſpem*
*ſuam in Deum lo=*
*carent, cõſiliorum*
*eius non obliuiſce=*
*rentur, & præce=*
*pta eius cuſtodirẽt.*
8 *Et non fierent*
*quẽadmodũ patres*
*ipſorũ, natio deſe=*
*ctrix & perfida,*
*natio quæ nõ muni*
*ret cor ſuũ, cuius*
*ſpiritus non eſſet*
*uerax erga Deũ.*
9 *Quomodo filij*
*Ephraim, qui ar=*
*mati arcuq; iacu=*
*lantes tempore cõ*

tes ſuis liberis eadem
diligenter inculcent.
7 Vt diſcant omnẽ fi-
duciam ſuam ponere
in Deo, & non exci-
dant memoriæ illorũ,
quæ ſummo conſilio
facta ſunt à Deo, qui-
bus recenſendis exci-
tati diſcant, mandatis
illis parere.
8 Ne fiant ſimiles pro-
genitoribus ſuis, homi
nibus qui pertinaciter
rebelles fuerunt Deo
& contumaces: quibus
nunquam id, quod re-
ctũ eſt, cordi fuit, nec
unquam ex animo cre
diderunt Deo.
9 Filij Effraim armati
proficiſcebantur cõtra
uoluntatem Domini,
ut iaculis peterent uici
nos, & bona illorum
diriperent: quare infe-
riores hoſtibus facti, in
prælio terga uerterunt

*flictus fuſi ſunt.*
10 *Nō enim ſerua=*
*uerunt fœdus dei,*
*& in lege eius no*
*luerunt ambulare.*
11 *Obliuioni tradi=*
*derūt conſilia eius,*
*atq; magnifica ope*
*ra quæ oſtēdit eis.*
12 *Coram patribus*
*eorum admiranda*
*fecit in terra Ae=*
*gypti, in campo*
*Taneos.*
13 *Scidit mare &*
*traduxit eos, &*
*cōſtituit aquas tan*
*quam aceruum.*
14 *Nube duxit illos*

& occiſi ſunt.
10 Non enim perſtite-
runt in pacto recēs ini-
to cum Deo, & ſecun-
dum uiuendi normam
illis à deo præſcriptam
uiuere noluerunt.
11 Exciderāt enim iam
tum memoriæ illorum
egregia illa ipſius Dei
ſtratagemata, & ſtupē-
da opera illius, quę ſpe
ctantibus ipſiſſimis illis
æddiderat.
12 Coram patribus il-
lorum deſignauit mira
in terra Aegypti, in
ipſa inquam agrorum
ditiſſima Aegypto.
13 Diuiſit mare & trāſ-
miſit illos, ſtare iuſſit
aquas, natura ſua flui-
das, tanquam molem
marmoream.
14 Duxit eos nube cō-
tectos contra ardorem
Solis per diem, per to
tas noctes lumen præ-

*interdiu, et tota no*
*cte lumine ignis.*
15 *Scidit & rupes*
*in eremo, & pota=*
*uit tanquam in a=*
*byßo magna.*
16 *Latices elicuit è*
*petra, ut inſtar flu=*
*minum prorueręt*
*aquæ.*
17 *Et ſupra hæc pec*
*cauerunt aduerſus*
*eum, & exaſpera=*
*uerunt excelſum in*
*ſolitudine.*
18 *Tentando Deum*
*ex cordibus ſuis, et*
*exigendo cibū pro*
*ſua libidine.*

buit illis, quale luculen
tus prębere ſolet ignis.
15 Fidit in gratiā ipſo-
rum arentes petras in
ipſo deſerto, & potum
ex illis ſuppeditauit tā
copiosè eis, ut ex nullis
aquis quiſquam poſſit
copioſius.
16 Eduxit riuos è petra
aquis tam copioſos, ut
æquare potuerint flu-
uios profundiſſimos.
17 Nihil his omnibus
facti ſunt meliores, ſed
peccatis peccata addi-
derunt: exacerbauerūt
altiſſimum in ipſa ua-
ſtiſſima ſolitudine, in
qua niſi beneficio il-
lius, nulla ratione uiue
re potuiſſent.
18 Statuerunt in ani-
mo periculum facere
quantum poſſet deus,
idq́ȝ cibum petendo,
qui gulæ ipſorum fa-

19 Locuti enim ſunt cõtra deũ atq; dixerunt, an nõ poteſt Deus parare commeatum in eremo?

20 En petram percuſsit, & profluxerunt aquæ ut iuſta in flumina inundauerint: num nõ & cibum dare, & carnes parare populo ſuo poterit?

21 His auditis iraſcebatur dominus, ac uelut ignis incendebatur cõtra Iacob, & creſcebat indignatio aduerſus Iſraëlem,

ceret ſatis.

19 Loquebantur enim inter ſe de Deo dicentes, poterit ne hic qui tã putatur potẽs deus, inſtruere conuiuium in hac uaſta ſolitudine in qua omnium rerũ eſt ſumma inopia?

20 Miranda profectò cæcitas illoꝝ: qui enim elicere potuit illis uidẽtibus ex petra aquas, tanta copia, ut iuſtos fluuios æquauerint, de illo dubitant, poſſet ne panẽ pręſtare, poſſet ne carnem præbere populo, quem ſibi tam miraculoſè aſſeruit.

21 Quare hæc audiens Dominus meritò iratus eſt grauiſſimè, & continuò exarſit ignis in poſteros Iacob, & peruaſit incendio uaſtans ipſos Iſraelitas.

22 *Quòd non ſeruaſſent fidē Deo, neque ſperauiſſent in ſalutarem opitulationem eius.*

23 *Mandauerat & nubibus supernè, & ianuas cœlorū adperuerat,*

24 *Vt deplueret in eos Man ad edendum, ac cœleſte triticū præberet eis.*

25 *Hic cibum heroum quiſq; comedebat, mittebat enī eis commeatum ad ſatietatem.*

26 *Cœlo mouebat*

22 Non enim ex animo crediderunt Deo, nec perſuaſerant ſibi illum eſſe, qui poſſit neceſſaria ſuppeditare.

23 Mādauit ergò nubibus, quæ ſupra eos in aere pēdebāt, & tanquā ianuas cœli aperuiſſet, nubes ipſas rupit.

24 Et in modum pluuię decidere fecit inter eos Man, frumenti genus nunquam uiſum hominibus, ut haberent quod comederent frumentū quod in aere prouenerat, dedit illis.

25 Panem, res mira, qui è nubibus deciderat, quæ natura frumenti feraces nō ſunt, comedit homo prognatus è terra: & cibum, quacūque proficiſcebantur, ſuppeditauit eis ad ſaturitatem.

26 Flare iuſſit Eurum

*Eurum, & fortitu*
*dine ſua Aphricum*
*inducebat.*
27 *Et depluebat in*
*eos carnes, pulue=*
*ris multitudine, &*
*uolucres aues ꝑ co*
*pia harenæ maris.*
28 *Quas iaciebat*
*in media caſtra eo*
*rum, & circum ta=*
*bernacula eorum.*
29 *Vorabāt igitur*
*atque implebantur*
*ſuper modum, deſi*
*deria enim ipſorū*
*tribuebat eis.*
30 *Nihil deerat de=*
*ſiderijs eorū, ſed cū cibus etiamnū eſſet*

per medium cœlum, &
ſua potentia induxit
Africum.
27 Et tanta copia quan
ta puluis uento in altū
ſublatus in terrā deci-
dere ſolet, cecidit inter
illos caro, & omnis ge
neris auiū tanta multi
tudo, ut numero æqua
re poſſet arenam, quæ
innumerabilis iacet in
littore maris.
28 Et proiecit omīa illa
in media caſtra ipſorū
circa tentoria ipſoꝝ.
29 Quare comederunt,
et ſaturati uſq; ad nau
ſeam facti ſunt: ad hūc
modum ſatisfecit gulæ
illoꝝ, ut uiderent pri-
uſquam perirent, po-
tuiſſe Deum, quæ illi
poſſe ipſum non credi
derant.
30 Non ſunt frauda-
ti deſiderio ſuo, adhuc

*in ore ipſorum.*

31 *Ecce ira dei efferueſcebat in eos, & trucidabat pinguiculos eorũ, & electos Iſraëlis ſuccidebat.*

32 *Inter hæc omnia iterum peccabant in eum, nec credebant tot miraculis eius.*

33 *Temerè ergò finiebat dies eorũ, et annos eorũ ſubitò.*

34 *Cùm trucidaret eos, quærebant eũ, ac ſubitò redibant ad Deum.*

erat cibus in ore illorum.

31 Et ira Dei deſæuire cœpit in eos: occidit enĩ robuſtiſſimos quoſque, & florem iuuentutis, qui erat inter Iſraelitas, proſtrauit.

32 His omnibus nihil adhuc facti ſunt meliores: relabebantur enim continuò in priora peccata, nec crediderunt ex animo ſe deo, quãtumuis deſignaret ille quæ meritò eſſent omni admiratione digniſſima.

33 Quare abſumpſit cum uanitate ſine honore dies uitæ illorum, & annos ipſorum non ſine terrore.

34 Quàm diu percutiebat illos recurrebãt ad ipſum, & peccatorum pœnitebat illos, & manè ſurgentes ſupplices fiebant Deo.

35 *Et memores e=*
*rant quòd Deus pe*
*tra eorum eſſet, et*
*uindex eorũ deus*
*excelſus.*
36 *Quãuis ore ſuo*
*blandirentur ei, lin*
*gua tamen mentie=*
*bantur.*
37 *Cor enim eorũ*
*non erat integrum*
*erga ipſum, neque*
*fidem fœderis eius*
*ſeruabant.*
38 *Ipſe uerò ultrò*
*ignoſcebat eis quò*
*minus perderet, ac*
*ſæpenumero reuo*
*cauit iram ſuam,*

35 Et recordabantur
quòd Deus ſæpe pro-
pugnaculum fuiſſet il-
lorum, & Deus excel-
ſiſſimus redemptor il-
lorum.
36 Verùm hæc ab ani
mo eorum non profi-
ciſcebãtur, ſed ore tan-
tum blandiebantur, &
lingua ſua mentieban-
tur illi.
37 Cor enim eoꝝ non
erat candidum erga il-
lum, nec perſtiterũt bo
na fide in pacto, quod
pepigerant cum illo.
38 Et quamuis eſſent
quales paulò antè de-
pinxi eos, ipſe tamen
ſe potius quàm illos re
ſpiciens, miſericordia
motus, remiſit iniqui-
tatem quamuis grauiſ-
ſimam: nõ enim fundi-
tus perdidit illos, quẽ-
admodum meriti fue-
rant, ſed maximo ſtu-

*quò minus totam
incenderet.*
39 *Sed commeminit
quòd caro eſſent,
& uentus qui abit
& nunquã redit.*
40 *Quoties exaſpe
rarunt eum in cre=
mo, & irritarunt
in ſolitudine?*
41 *Vt auerſi tenta=
uerint Deum, &
ſanctũ Iſraëlis ludi
brio habuerint?*
42 *Immemores uir
tutis eius atq; tem=
poris quo libera=
uerat eos ab op=
preſſore.*

dio, quaſi uim faciens
ſibi cõtinuit irã ſuam:
nec re ipſa oſtendit, q̃
meritò etiã furere pol-
ſet in eos.
39 In memoria enim
habebat, quòd caro
eſſent ipſi, uarijs et ſtul
tis concupiſcentijs ob-
noxij, & ſpiritus abiẽs
ſuapte natura non re-
uerſurus.
40 Quoties irritauerunt
eum in deſerto, exacer
bauerunt eum in uaſta
illa ſolitudine.
41 Reuerſi enim ad in-
genium, iterum tẽtare
conati ſunt, quàm ipſe
potens eſſet Deus, &
metiri potentiam eius,
qui ſanctificat Iſraelẽ:
quædam enim poſſe
illum credebãt, ſed nõ
omnia.
42 Neq; enim intellexe
rant quantæ potentiæ
fuerit opus illud, quod
fecerat in gratiam illo-

43 *Quomodo ſigna*
*ſua in Aegyptios*
*edidiſſet, & mira-*
*cula ſua in agro*
*Taneos.*
44 *Quomõ flumi-*
*na eorũ in cruorẽ*
*mutauerit, æquè ri*
*uos eorũ quò mi-*
*nus eẽt qđ biberẽt.*
45 *Quomodo cy-*
*nomyiã in eos mi-*
*ſerit ad exedendũ,*
*& ranas ad per-*
*dendum eos.*
46 *Annonam ipſo-*
*rũ bruchis, & la-*
*borem eorum locuſtis dederit.*
47 *Vineas eorũ grandine, & ſicaminos*

rum, quo tempore li-
berauit illos ex calami
tate illa inſigni.
43 Qualia uidelicet in-
ter Aegyptios oſtẽde-
rat diuinitatis ſuæ ma
nifeſtiſsima ſigna, &
prodigia per totam re-
gionem Aegypti.
44 Mutauit enim in
ſanguinem fluuios eo-
rum, & effecit ne riui
eorũ ullo modo eſſent
potabiles.
45 Immiſit in eos o-
mnis generis muſcas,
quæ arroderent eos,
& ranas, quæ uexarẽt
eos.
46 Qui tradidit brucho
germen illorũ, & labo
rem eorum locuſtæ.
47 Vaſtauit grandine
uineas eorum, & ſico-
moros pruina.

*pruina perdiderit:*
48 *Vt iumenta eo=*
*rum grandine, &*
*greges eorum con*
*tagionis iaculis cõ=*
*fecerit.*
49 *Mittebat enim*
*in eos, furore ac*
*fremitu iræ & in=*
*dignatiõis ſuæ cor*
*reptus, tribulatio=*
*nem, & cacodæmo*
*num incurſiones.*
50 *Iræ ſuæ iter fa=*
*ciebat, ut peſtilen=*
*tia cum ipſos homi*
*nes, tum iumenta*
*eorũ inuaderet.*
51 *Et percutiebat*

48 Perdidit grãdine iu-
menta eorũ, & qcqd
poſsidebant, carboni-
bus ignitis, qui cũ grã-
dine permixti contra
naturam fuerant.
49 Ex calamitatibus,
quibus affecit eos, col-
ligi poteſt, quàm ſeriò
illis iratus fuerit: ma-
nifeſta enim erãt irati
dei, imò uehemẽter ira
ti, ſigna, uexatio illa,
& plagæ, quales nõ ſo
lent ab hoibus quan-
tumuis inimicis infer-
ri: ſed quales per ange
los ab irato Deo im-
miſſos ad flagellandos
illos, qui uehementer
ſunt ſcelerati.
50 Perrexit quomodo
cœperat iraſci, donec
& ipſos occideret, &
pecora eorum peſtilen
tia corriperentur.
51 Occidit enim omnia
primogenita per to-

*omnem primoge=*
*nitũ Aegypti, pri=*
*ma quæq; opa in*
*tabernaculis Ham.*
52 *Populum autem*
*ſuum educebat tan*
*quàm gregem, ac*
*uelut armentum in*
*deſertũ agebat.*
53 *Ducebat eos ſe=*
*curè ut nihil metue*
*rẽt, hoſtes autẽ eo*
*rũ mari obruebat.*
54 *Et adducebat*
*eos ĩ fines ſanctua=*
*rij ſui, ad montem*
*iſtum quẽ dextera*
*ſua comparauit.*
55 *Expellebat gẽtes*

tam Aegyptum, præ-
cipua illa pro quibus
laborauerat maximè,
ea inueuerunt ſinguli
in tabernaculis ſuis
ſubitò mortua ꝑ uni-
uerſam terrã Aegypti.
52 Eduxit autẽ illinc
tanquàm oues popu-
lum ſuum, & deduxit
eos tanquàm gregem
per loca deſerta.
53 Perduxit eos ſecu-
ros, inimicos autẽ illo-
rum cooperuit mare.
54 Perduxit eos in re-
gionẽ ſanctiſsimæ ma
ieſtati ſuæ gratam, in
hunc uſq; montẽ, quẽ
omnipotenti dextera
ſua aſſeruit ſibi.
55 Expulit enim illinc
impios, qui eum locũ
longo tẽpore poſſede-
rant, & immiſit ſuos
ut ueluti iure hæredi-
tario poſsiderent, &
inhabitarẽt ædes illo-

ante eos, ſunc diui
debat eis hæredita
tē, & in hoſtium
tabernaculis loca=
bat tribus Iſraël.
56 Sed tentauerunt
& irritauerūt deū
excelſum, & teſta
mentū eius non cu
ſtodierunt.
57 Retrorſum auer
ſi defecerunt haud
ſecus quàm patres
eorū, rebellarūt ſi=
cut arcus uitioſus.
58 Prouocarūt eū
excelſis ſuis, &
idolis ſuis ad iram incitauerunt.
59 His auditis, indignatus eſt Deus, atq;

rum qui pulſi fuerant
tribus Iſraël.
56 Tanquam nihil cō
moti omnibus his, ite-
rum tentauerūt, & iri
tauerunt Deū, qui eſt
ſupra omnia: admoni-
tionibus eñ illius pa-
rere noluerunt.
57 Auerſi ſunt à Deo
& rebelles facti, ſicut
patres illorū, q̄ præceſ
ſerunt illos: auerſi ſunt
quemadmodū arcus,
qui ſcopum non petit,
ſed fractus percutit eū
qui tetendit.
58 Ad iracundiam cō-
citauerunt eum lucis
ſuis, quos frequenta-
bant in æditis locis ſi-
tos: & ſtatuis, quas fe-
cerant ſibi deos, uehe-
menter iritauerūt eū.
59 Audiuit deus et exau

*Iſraëlem uehemen*
*ter deteſtatus.*
60 *Et reliq̃t taberna*
*culũ Silo, taberna=*
*culũ ubi ĩter homi*
*nes habitauerat.*
61 *Et tradidit in ca*
*ptiuitatem fortitu=*
*dinem eorum, &*
*ſplẽdorem eorum*
*in manum hoſtis.*
62 *Obiecit gladio*
*populũ ſuum, ira=*
*tus hæreditati ſuæ.*
63 *Iuuenes eius de=*
*uorauit ignis, &*
*uirgines ipſius ne=*
*mo deplanxit.*
64 *Occubuerũt ferro ſacerdotes eius, &*

diuit, & execratus eſt
ualde ſcelera Iſraëli-
tarum.
60 Repudiauit iratus ta-
bernaculũ in q̃ princi-
piò colebat̃ in Silo, ta
bernaculum in quã, in
quo uiſus eſt ipſe habi
tare & familiariter ṽ-
ſari ĩter poſteros Adç.
61 Et capi ꝑmiſit arcã
fœderis, q̃ erat ueluti
receptaculũ omnipo-
tẽtiæ illius: & ornamẽ
tum illud unde ornare
ſolitus fuerat populũ
ſuũ, in poteſtatem ho-
ſtium uenire permiſit.
62 Et ĩplicuit bello cruẽ
to populũ, & in hære-
ditatẽ ſuã excanduit.
63 Adoleſcentes illius
abſumpſit gladius, &
uirgines ſine homine
perierunt innuptæ.
64 Sacerdotes illius gla
dio corruerunt, nec

*uiduæ eius nõ ſunt*
*comploratæ.*
65 *Eccitatus eſt ſi=*
*cut dormiens dñs,*
*& ſicut miles à ui*
*no exhilaratus.*
66 *Atq; cecidit ter*
*ga hoſtiũ ſuorũ,et*
*obprobrio ſempi=*
*terno adfecit eos.*
67 *Tentoria Io=*
*ſeph auerſatus eſt,*
*& repudiauit E=*
*phraim tribum.*
68 *Tribũ uerò Iu=*
*da elegit,mõtemq́;*
*Zion quem amat.*
69 *Iſthic extruxit, quantum ambitio=*
*ſiſsimè fieri potuit, ſanctuarium ſuum,*

uiduæ ſuperſtites erãt,
quæ caſum illorũ de-
flerent.
65 Et expergefactus
eſt tandem Dominus
quomodo ſolet,qui ui
no obrutus poſt lon-
gum ſomnum redit ad
ſe, & iterũ uino exhi-
larans ſeſe, fortiter pe-
ricula aggreditur.
66 Quare uulnerauit
hoſtiũ ſuorũ podices:
infami ignominia affe
cit illos,quã nunquam
eluere poterunt.
67 In eligendo autem
ſibi rege ſpreuit fami-
liam Ioſeph, & tribũ
Effraim non elegit.
68 Sed elegit tribum
Iuda, & montẽ Sion
quem amat.
69 Et extruxit ſimilẽ
altiſsimis regum pala-

*ac uelut ipſam ter*
*rã, fundauit ut in*
*perpetuũ duraret.*
70 Elegit et Dauid
*ſeruum ſuum, atq;*
*de gregum caulis*
*abſtulit.*
71 *Poſt fœtas eũtẽ*
*abduxit eũ, ut pa=*
*ſceret Iacob po=*
*pulũ eius, et Iſraẽ*
*lẽ hæreditatẽ eius.*
72 *Pauit igitur eos*
*p̃ integritate cor=*
*dis ſui, & pro in=*
*duſtria uirtutis ſuæ*
*duxit eos.*

tijs ædẽ maieſtati ſuæ
dicatam, quam ſtabilẽ
eſſe uoluit ſicut terrã
perpetuò.
70 Elegit autẽ Dauid
ſeruũ ſuum, & excepit
eum è caulis ouium.
71 A fœtis uaccis quas
ſectabatur paſtor, auo
cauit eum, & fecit eũ
paſtorem populi, quẽ
habebat inter poſte-
ros Iacob, & hæredi-
tatis ſuę inter poſteros
Iſraëlis.
72 Et pauit eos, qui cu
rę illius cõmiſſi fuerãt
ꝓ candore animi ſui,
& ꝓ ſumma prudẽtia:
qua uſus eſt in omni-
bus operibus ſuis, gu-
bernauit eos.

LXXIX.

1 DEus uenerunt
ethnici uſq; in

PSALMVS LXXIX.

1 DEus, inuaſerunt gentes hæreditatẽ

Deus ue-

*tuã, polluerũt tem*
*plum tuum ſan=*
*ctum, & Ieroſo=*
*lyma in aceruos re*
2 *degerunt.*
*Fecerunt cada=*
*uera ſeruorũ tuo=*
*rũ eſcam uolucri=*
*bus cœli, carnẽ ſan*
*ctorum tuorũ cibũ*
*beſtijs terræ.*
3 *Fuderũt ſangui=*
*nem eorum uelut*
*aquam per uniuer*
*ſam Hieroſolymã,*
*et nemo ſepeliebat.*

hæreditatẽ tuam, pro-
phanauerũt templum
ſanctiſsimæ maieſtati
tuæ dicatum, redege-
runt Hieruſalem in a-
ceruos lapidum.
2 Obiecerũt cadauera
ſeruorum tuorũ deuorã-
da auibus, quæ uoli-
tant per aẽrẽ, & corpo
ra ſacris tuis initiato-
rum, beſtijs terræ.
3 Fuderunt ſanguinẽ
humanũ tanquã aquã
per totũ ambitũ Hie-
ruſalem, nec quiſquã
inuentus eſt qui occi-
ſos ſepeliret.
4 Ludibrio fuimus ui
cinis noſtris, irriſui &
ſubſannationi ijs, qui
habitant circum nos.
5 Quouſque iraſceris

nerũt gẽ-
tes in hæ-
re.

4 *Obprobriũ ſumus uicinis noſtris, ludi*
*brium & riſus his qui circum nos ſunt.*
5 *Quouſq; indignaberis Domine, an'ne*

*penitus incendes*
*uelut ignem æmu-*
*lationem tuam?*
6 *Effunde irã tuã*
*in gentes quæ non*
*nouerunt te, & in*
*regna quæ nomen*
*tuũ non inuocant.*
7 *Quæ Iaacob de-*
*uorauerũt, & ha-*
*bitaculum eius ex-*
*ciderunt.*
8 *Noli meminiſſe*
*noſtrorum retro*
*peccatorũ, ſed ſubi*
*tò anteuertant nos*
*miſericordiæ tuæ,*
*ualde enim pauperes facti ſumus.*
9 *Adiuua nos Deus ſaluator noſter*

Domine, ꝑpetuò ne
exardeſcet ne ſicut i-
gnis ira tua?
6 Euome potius iram
tuã in impios, qui non
agnouerũt te:& in re-
gna quæ diuinũ auxi-
lium tuum nunquã im
plorauerunt, ſed uires
proprias iactant.
7 Vaſtauerunt enim
poſteros Iacob,& qc-
quid apud eos elegan-
tiæ fuit, redegerunt in
nihilum.
8 Ne ſcelerũ memor
eſſe uelis in malum no
ſtrũ quæ antehàc com
miſimus, ſed omiſſis il
lis citò amplectere nos
tua inexhauſta clemẽ-
tia, attenuati enim ſu-
mus uehemẽtiſsimè.
9 Auxiliare nobis, deus
ſalutis noſtræ autor,

*propter gloriã nominis tui, libera nos, & placare ſuper ſceleribus noſtris propter nomen tuum.*

10 *Cur dicerẽt gentes, ubi eſt Deus eorũ? Vulgetur, inſpicientibus oculis noſtris, in gentes ultio ſanguinis ſeruorum tuorũ qui effuſus eſt.*

11 *Introëat ſub cõſpectũ tuum gemitus neruo addictorũ, ꝓ amplitudine brachij tui reliquos fac cædi deſtinatos.*

nõ tam habita ratione noſtri, ꝙ magnifici & maieſtatis pleniſsimi nominis tui: libera nos à malis in quibus uerſamur: & remitte peccata noſtra pro immẽſa liberalitate, quæ nomini tuo reſpondet.

10 Quomodo ferre diutius poteris Domine petulantiã impiorum, qui nobis inſultant dicentes, ubi nunc eſt ille ueſter Deus? palàm quæſo fiat ob hæc uidentibus nobis ultio ſanguinis ſeruoꝝ tuorum, qui effuſus eſt.

11 Penetret uſq; in cõſpectũ tuũ gemitus eorum, qui in carcere tenentur captiui, magnitudine potentiæ brachij tui in uita conſerua eos, qui morti deſtinantur ab hoſtibus.

12 *His autem inter*
*quos uerſamur, in*
*ſinum redde contu*
*meliā qua te adfece*
*runt ſeptupliciter*
13 *Et nos populus*
*tuus, & grex pa=*
*ſcuæ tuæ gratias*
*agemus tibi in per*
*petuū, & laudem*
*tuā in omne æuum*
*prædicabimus.*

PSALMVS
LXXX.

Qui regis Iſraël intende.

1 *O Paſtor Iſraë*
*lis attende, q*
*Ioſeph tanquā gregem ducis, quiq; Che*
*rubin inſides, teipſum exhibe.*
2 *Coram Ephraim, Beniamin & Ma=*

12 Et retribue uicinis
noſtris ſeptuplū in ſi-
num illorum, pro con
tumelia qua affecerūt
te Domine.
13 Nos interim popu
lus tuus, & grex cuius
tu prouinciam paſcen
di ſumere dignatus es,
referemus tibi accepta
omnia noſtra ꝑpetuò
generationibus cun-
ctis, & literis mandabi
mus ꝙ uerè dignus
es, qui lauderis ab o-
mnibus.

LXXX.

1 O Paſtor Iſraë-
lis auſculta, q
educere ſoles tā
quā gregē poſteros Io-
ſeph, habitator Cheru
bin cōſpicuus appare.
2 In gratiam Effraim

*naſſe. Eccita forti-
tudinē tuam, & ue
ni ad ſaluādū nos.*
3 *Redi ad nos deus,
oſtende faciē tuā,
& ſalui erimus.*
4 *Domine deus ex-
ercituum quouſq;
dedignaberis orati
onem populi tui?*
5 *Lachrymis ue-
lut pane cibaſti eos
lachrymis abundè
potaſti eos.*
6 *Feciſti nos iur-
giū uicinis noſtris,
& hoſtes noſtri a-
pud ſe uilipēdunt.*

& Beniamin, & Ma-
naſſe, fac appareat o-
mnipotentia tua, & ue
ni ſuccurre nobis.
3 Deus recipe in gra-
tiā nos, & placido uul-
tu aſpice nos: hoc enim
ſi feceris, ſalui erimus.
4 Domine Deus qui
poteſtatem habes in
omnes exercitus, quo-
uſq; tandem excande-
ſces, nec admittes pre-
cationem populi tui?
5 Coegiſti illos come-
dere cibum flebilem,
& pro potu porrexiſti
illis meras lachrymas
maxima menſura.
6 Expoſuiſti nos ma-
ledicentiæ uicinorum
noſtrorum, & oſores
noſtri rident inter ſeſe.
7 Deus, qui poteſta-
tem habes in oēs exer-
citus, in gratiam recipe
nos, & placido uultu

7 *Redi ad nos deus exercituum, oſten-*

*de faciem tuam, & ſalui erimus.*

8 *Vineam, ex Ae=*
*gypto accerſitam,*
*eliminatis gentibus*
*plantauiſti.*
9 *Scrobem præpa*
*raſti ei, & ſparſis*
*radicibus ſuis re=*
*gionem totam oc=*
*cupauit.*
10 *Vmbra eius te=*
*gebãtur mõtes: nã*
*rami eius fortes ce*
*dros æquabant.*

aſpice ut ſalui ſimus.
8 Vineam ex Aegy-
pto tranſtuliſti: expuli-
ſti gentes impias à ſedi
bus ſuis, & iſeruiſti eã.
9 Repurgaſti diligen-
ter ruderibus eiectis ſu
perficiẽ eius, & tã late
radices extendit, ut ter
ram impleuerit.
10 Cooperti ſunt mon-
tes umbra illius, & ra
mi illius ſimiles facti
ramis cedrorum ma-
ximarum.
11 Extendiſti ramos il-
lius uſque ad mare, &
uſq; ad flumen ſurcu-
los eius.
12 Quare ergò nõ de-
ſtruxiſti ſepes illius, ut
uaſtent quotquot iter

11 *Extendebat ad mare palmites ſuos,*
*& propagines ſuas uſq; ad flumen.*
12 *Cur ergò rupiſti ſepta eius, ut omnes,*
*qui iſthâc prætereunt, eam uindemient?*

13 *Syluestris aper uaſtat eam, & fera i agro eā depaſcit.*

14 *Deus exercituū redi obſecro, cœlo proſpice, contēplare, & conſidera uineam iſtam.*

15 *Ac plantam, quæ dextera tua plantata eſt. Hoc eſt, filium quem tibi magnificaſti.*

16 *Igni enim ſuccenſa, & uerſa iacet: pereant,* qui hoc fecerunt, *uirtutis tuæ obiurgatione.*

faciunt iuxta illam?

13 Euertet eam aper egreſſus è ſylua, & feræ omnis generis, quæ in agris degunt depaſcent eam.

14 Deus exercituū recede quæſo ab ira, & recipe in gratiam nos, aſpice è cœlo & uide, quin potius ipſe uineā hanc inuiſe.

15 Et integritati priſtinæ reſtitue, quam eo es honore dignatus, ut tua dextera plantaueris eam: & ſi ipſa non meretur, propter filiū tamen, per quem fortia deſignare conſtituiſti, fac quod in rem huius uineæ eſſe putabis.

16 Quòd exuſta ſit uinea hæc igni, & uaſtata, auſteritas uultus tui in cauſa eſt: quæ ſi durauerit, funditus peribunt, qui hac uinea ſignificantur omnes.

17 *Adſit manus tua uiro dexteræ tuæ, filio hominis quem tibi magnificaſti.*

18 Et *non recedemus à te, reſtitue nos ut nomẽ tuum inuocemus.*

19 Redi *ad nos dñe* Deus *exercituum, oſtẽde faciẽ tuam, & ſalui erimus.*

PSAL. LXXXI.

Exultate deo adiutori nr̃o.

1 E*Xultate* Deo *roborinoſtro iubilate* Deo Iacob.

17 Adſit oĩpotẽtia manus tuæ, uiro dexteræ tuæ, adſit inq̃ manus tua filio hominis, quē ſummis uiribus inſtructum opponere conſtituiſti hoſtibus tuis.

18 Ille ubi hanc uineam inuiſerit, & à ſentibus repurgauerit, non amplius deſeremus te, uita enim donabis nos & perſiſtemus in cultu & inuocatione nominis tui.

19 Domine Deus cœleſtium exercituum ſumme imperator, reuoca nos ab errore, & manifeſtis, in quibus uerſamur: fac clarè appareat fauor uultus tui erga nos: hoc enim ſi feceris, ſalui erimus.

LXXXI.

1 CVm exultatione laudate Deum, cuius uiribus ſeruati ſumus nos: omnis generis lætitiæ ſigna ædite in honorem Dei Iacob,

2 *Hymnis cõcinite,*
*reddite tympanũ,*
*lætamq; tũ chelym*
*tum citharam.*
3 *Clangite neome=*
*niaca tuba, in die*
*iſto ſolenni.*
4 *Hic enim ritus eſt*
*Iſraëlis, & ius à*
*deo Iacob ꝓfectũ.*
5 *Teſtimoniũ quod*
*dignatus eſt pone=*
*re, cùm pugnauiſ=*
*ſet aduerſus Aegy*
*ptios, cùm labium*
*peregrinum audi=*
*remus.*
6 *Cùm onere leuarentur humeri ueſtri,*
*& manus ueſtræ ollis renunciarent.*

2 Sublata uoce canite & pulſate tympanum: & citharam pulchrè ſonoram unà cũ nablo.
3 Clangite in nouilunio tuba, die ſolenniter nobis feſto.
4 Præceptum enim eſt Iſraeli illud, & æquiſſimè ſtatutum à Deo Iacob.
5 Ritum illum ſeruari uoluit à poſteris Ioſeph, in memoriã eius, quod feliciter uerſatus fuerit ipſe in terra Aegypti, quo quum ueniſſemus, linguã quam non didiceramus, audiebamus.
6 Liberaui eñi, inquit Deus, tum à geſtandis oneribus humeros illorum, meo auxilio ma-

7 *Qui cùm in tri=*
*bulatione inuoca=*
*res me, & ego eri*
*pui te, locutus ſum*
*tibi ſub tonitru la=*
*tens, et probaui te*
*ad aquas cõtentio*
*nis.* סלה
8 *O' popule meus,*
*audi, nam conteſta*
*bor te ô Iſraël.*
9 *Si mihi obtem=*
*perabis, non erit*
*apud te deus pere*
*grinus, nec adora=*
*bis Deũ alienum.*
10 *Ego enim ſum*
*Dñs Deus tuus qui*
*è terra Aegypti*

1 ADeſte exultemus domino, iubilemus petræ ſalutis noſtræ.

2 Cōpareamꝰ corā eo cū gratulatiōe, et

xium impietatis damnabunt.

22 Verùm Dn̄s erit meus ꝓtector, & deus meus inſtar munitæ arcis, quæ in altiſsima rupe extructa eſt.

23 Et retorquebit in illos iniquitatē, qua oppreſſerunt alios ipſi: & quēadmodum meretur ſcelerata uita illorū, ſubuertet eos funditus, ſubuertet inquā eos ipſe dominus deus noſter.

XCV.

1 EIa exultemus nos Dominum habere propitium, iubilemus ipſum nobis ueluti rupem ſanctum inacceſſam hoſtibus noſtris, & autorē ſalutis.

Venite exultemꝰ Dn̄o, iubilemus Deo.

2 Ante omnia hoc agamus, ut placido uul-

*pſalmis canan⁹ ei.*
3 *Dominus enim*
*& Deus & rex*
*maximus eſt ſuper*
*omnes deos.*
4 *In manu illi⁹ tellu*
*ris penetralia sũt,*
*& montiũ robur.*
5 *Eius eſt mare,*
*ipſe enim condidit*
*illud, cõtinens, ma*
*nus enim eius for=*
*mauit eam.*
6 *Adeſte adore=*
*mus, flectamus ge=*
*nua, & ſupplice=*
*mus corã Domino*
*factore noſtro.*
7 *Ille enĩ eſt Deus*

tu reſpiciat nos, pſal-
mis iubilemus in ho-
norem ipſius.
3 Deus enim magnus
eſt dñs, et rex magnus
præ omnibus dijs.
4 In cuius poteſtate
ſunt fundamenta ter-
ræ, & cacumina mon-
tium ab ipſo habent
quod ſunt.
5 Cuius eſt mare, ipſe
enim fecit illud, & ter
ram iuſsit extare om-
nipotentia ſua extra
mare.
6 Eia uenite igitur ut
unà adoremus, & ſup
plices efficiamur: & ge
nua flectamus ante do
minum autorem uitæ
& ſalutis noſtræ.
7 Ipſe enim Deus eſt
noſter, nos autem po-
pulus, q pabulo ipſius
uictitamus, & uelut
grex ouium curæ &
omnipotentiæ illius

noſter, nos autem
populus paſcuæ e=
ius, et grex manus
eius, dummodo uo
ci eius omni tempo
re pareamus.
8 Nolite obdurare
cordibus ueſtris
ſicut in iurgio, ſi=
cut in rebellione,
in ſolitudine facta.
9 Vbi me excutie
bāt patres ueſtri,
ꝓbabāt me & ui=
debāt opera mea.
10 Quadraginta
annis pertæſum eſt
me nationis huius,
ita ut dicerē, popu

cõmiſsi: hodie igitur ſi
uoci eius auſcultaueri-
tis, & agere prudenter
uolueritis:
8 Non obdurabitis
cor ueſtrum, ſicut olim
tempore contentionis
in deſerto obmurmu-
rauerunt cõtra me: &
periculum fecerũt iam
ne potẽs eſſem Deus,
ut libidini eorum ſatis
facere poſſem.
9 Ibi enim tentauerũt
patres ueſtri, an poſ-
ſem ſuppeditare illis,
quibus opus habebãt:
explorare conati ſunt
quantùm poſſem ego,
quãuis uidiſſent ope-
ra plurima diuinitatis
meæ argumenta ma-
nifeſtiſsima.
10 Quadraginta annis
ueluti lis mihi fuit cũ
illo hominum genere,
& dixi aſsiduè, popu-
lus hic deſipit manife-

*lus iſte toto corde*
*errat, nõ enĩ agno*
*ſcebant uias meas.*
11 *Per iram ergò*
*meam iuraui ſuper*
*eis, q non ingreſ=*
*ſuri eſſent in re=*
*quiem meam.*

PSAL. XCVI.

1 C*Anite Domi=*
*no carmẽ no*
Cantate Dño canticum nouum.
*uum, cane domino*
*uniuerſa terra.*
2 *Canite Domino*
*& collaudate no=*
*men eius, prædica*
*te omni tempore ſalutem eius.*
3 *Memorate apud gentes gloriã eius,*
*apud omnes populos miracula eius.*

ſtè, & aberrat turpiſſi-
mè: uerùm ipſis nihil
eorum, quæ ego dice-
bam, curæ erat.
11 Quare quũ finẽ in-
ſaniendi nõ facerent,
iuraui iratus, me non
introducturum illos in
locum illum quietiſſi-
mum, in quẽ perduce-
re decreueram.

XCVI.

1 CAntate Domi-
nũ carmine no-
uo, cantate Do
minum quotquot in-
colitis terram.
2 Cantate Dñm & ce
lebrate nomẽ eius, præ
dicate de die in diẽ fa-
lutem, qua ſeruati eſtis
beneficio ipſius.
3 Narrate exteris na
tionibus maieſtatem

4 Quoniam ma=
gnus eſt Dñs, &
ſupra omnẽ laudẽ,
formidabilis etiam
eſt ſupra oẽs deos.
5 Omnes enim dij
gentiũ ſtatuæ ſunt,
Dominus autẽ cœ
los condidit.
6 Gratulatio &
magnificẽtia apud
eum ſunt, potentia
& maieſtas in ſan
ctuario eius.
7 Tribuite dño tri
bus gentiũ, tribui=
te domino potẽtiã
& fortitudinem.
8 Tribuite omnipo

ipſius, uniuerſis q uſq;
habitãt populis ſtupẽ-
da opera illius.
4 Magnus eſt eñ do
minus, & omni laude
maior: metuendus etiã
illis omnibus, q uſquã
habentur pro dijs.
5 Omnia enim, quæ
reliquæ nationes ha-
bent ꝓ dijs, nihil ſunt:
Dominus autem eſt,
qui cœlos fecit.
6 Quicquid uſquã eſt
magnificum & deco-
rum, eſt in cõſpectu il-
lius: potẽtia & ingens
gloria illius relucet in
ipſis cœlis, quos ſibi ꝓ
habitaculo peculiari-
us delegit.
7 Quare tribuite Do
mino quotquot eſtis
familiæ populorũ, tri-
buite inquã Domino
maieſtatẽ & omnipo-
tentiam.
8 Tribuite dño eam

*tentiã nomini* Do=
*mini:corripite mu*
*nus, & uenite in*
*atria eius.*
9 *Adorate* Dñm
*pompa ſancta: re=*
*uereatur faciẽ eius*
*uniuerſa terra.*
10 *Euulgate in gen*
*tes,* Dominus *re=*
*gnat:*Dñs *q̃ firma*
*uit orbẽ,ut moueri*
*nequeat:* Dñs *qui*
*per æquitatẽ iudi=*
*cat populos* omnes.
11 *Lætentur cœli,geſtiat terra,reboet*
*mare,& quicquid in eo eſt.*
12 *Exultet ager & quicquid in eo eſt:*
*exultet omnis arbor ſiluarum.*

maieſtatẽ,quæ reſpon
det nomini ipſius:arri
pite numera, & appe-
rate ad atria ipſius.
9 Proſternite nos ante
Dominum, ueneramini
ri magnificẽ ſanctam
maieſtatẽ illius:metui-
te ab ipſo quotquot
habitatis in terra.
10 Narrate exteris na
tionibus Dominũ ſu-
ſcepiſſe regnandi pro-
uinciam: quare ſtabi-
lietur orbis,nec uacil-
labit amplius.
11 Lætabitur cœlum,
& exultabit terra, exi
liet præ lætitia mare
cum omnibus quæ in
ipſo ſunt.
12 Exultabũt cãpi,gau

13 Ante Dominum cum ueniet, ueniet enim ad iudicandũ terram, ad iudicandum orbem cum iuſtitia, & populos cum ueritate.

PSAL. XCVII.

1 Dominus regnat, gaudeat tellus, et ĩſularũ multitudo lætetur.

2 Nubes & caligo circũ cũ ſunt, iuſtitia & æquitas ſunt fulcra ſolij eius.

3 Ignis ante ipſum procedit, ut inflammet circunquaq; hoſtes eius.

debunt arbores uniuerſæ in ſyluis ipſis.

13 Propter dominum quòd aduenerit: quòd aduenerit inquã iudex futurus ipſius terræ, iudicabit eñ orbẽ terræ ſecundum iuſtitiam, & populos optima fide gubernabit.

XCVII.

1 Dominus regni gubernacula ſuſcipere dignatus eſt, exultet terra, gaudeant inſulæ numero plurimæ. Dñs regnauit, exultet.

2 Nubes & caligo circa illum in terrorẽ maiorem: iuſtitia autem & æquitas firmamentum ſunt throni ipſius.

3 Ignis ipſum præcedet: & flamma undique uaſtabit hoſtes illius.

4 *Fulgura eius or*
*bē illuſtrant, pauet*
*ac mouet terra.*
5 *Mõtes inſtar cæ*
*ræ diffluunt à præ*
*ſentia domini, à cõ*
*ſpectu domini uni=*
*uerſæ terræ.*
6 *Annunciant cœli*
*iuſtitiã eius, & ui=*
*debunt oẽs populi*
*maieſtatem eius.*
7 *Erubeſcant autẽ*
*oẽs qui idolis ſer=*
*uiunt, inq; dijs ſuis*
*gloriãtur, & ado=*
*rent eũ omnes dij.*
8 *Hæc cum audiet, lætabitur Zion, &*
*exultabunt filiæ Iuda propter iudicia*

4 Lucere facient fulgu
ra eius orbem, ſenſit
& expauit præ fulgu-
rum multitudine ipſa
terra.
5 Montes tanq̃ cæra
ſoluti ſunt, & præ me-
tu apud ſe nõ fuerunt
propter pręſentiã dñi,
præſentiã inquam dñi
uniuerſæ terræ.
6 Teſtati ſunt cœli iu
ſtitiã illius: & uiderunt
uniuerſi populi maie-
ſtatem illius.
7 Pudefiant quotquot
colũt ſculptile, qui pla
cent ſibi cultu rerum
nihili: quin potius ipſi
proſternite uos ante il-
lum, quotquot eſtis uſ-
quam, qui pro dijs ho
minum ſtultitia habe-
mini.
8 Audiuit & gauiſa eſt

*tua Domine.*
9 *Quoniã tu Dñe*
*altißimus es ſuper*
*omnẽ terrã, in im=*
*menſum erectus es*
*ſupra omnes deos.*
10 *Qui diligitis dñm*
*odio habete mali=*
*tiã: ille enim cuſto*
*dit, animas ſeruo=*
*rum ſuorũ, & de*
*manu impiorum li*
*berat eos.*
11 *Per illum lux in=*
*nocẽti inſeritur, et*
*gaudium, qui inte*
*gro ſunt corde.*
12 *Lætemini iuſti in Domino, & gratu=*
*lemini in cõmemoratiõe ſanctitatis eius.*

Sion, & exultauerunt
filiæ Iudæ, propter iu-
dicia tua: q impios ter-
roribus examinas, &
pios exhilaras Domi-
ne.
9 Tu certè ſupra uni-
uerſam es terrã, & po-
teſtatẽ habes in omnia
infinitis modis: ob hęc
miracula prælatus es
alijs uniuerſis dijs.
10 Qui amatis dominũ
odio habete malitiam:
ipſe eſt enĩ, qui animas
ſanctorum ſuorum cuſto
dit, & à tyrannide im-
piorum eripiet illos.
11 Lux orta eſt iuſto: &
animo cãdidis lætitia.
12 Gaudete iuſti uos do
minum habere propi-
tium, & gratias agite
cũ ueneratiõe ſanctiſſi
mæ maieſtatis illius.

PSAL. XCVIII.

Cantate dño cãticũ nouũ.

1 CAnite Domino carmẽ nouũ quia admirãda fecit, ſalutari dextera ſua, & brachio ſuo ſancto.

2 Notam fecit dominus ſalutẽ ſuam, & in gentium oculis reuelauit iuſtitiam ſuam.

3 Memor fuit bonitatis ac ueritatis ſuæ erga domum Iſraëlis, ut omnes fines terræ uideant ſalutem Dei noſtri.

XCVIII.

1 CAntate Dominum nouo carminis genere: ipſe enim præbet argumenta ſcribendi noua plurima, admirãda nãque ſunt, quæ iam recens deſignauit: uictoriam enim peperit ſibi ſua ipſius dextera manu, & brachio ſanctiſſimæ maieſtatis ſuæ.

2 Sic egit dñs cũ ſuis, ut notũ eſſet oĩbus uictoriam illã ſaluiferã eſſe ab illo: palàm eñi uidẽtibus ethnicis argumenta ædidit iuſtitiæ ſuæ.

3 Memor factus eſt miſericordiæ ſuæ, & fidei in præſtandis, quę promiſerat Iſraeli: uiderunt quotquot habitãt uſquã in ullis angulis terræ eam ſalutẽ, cuius autor nobis fuit ipſe noſter Deus.

4 *Iubilet dño uniuer*
*ſa terra, plaudat,*
*exultet ac pſallat.*
5 *Pſallite Dño ci=*
*thara, citharæ uo=*
*cẽ pſalmi iungite.*
6 *Pſallite tubis & *
*uoce buccinæ, iubi*
*late corã rege Do*
*mino.*
7 *Reboet mare &*
*quicquid in eo eſt,*
*orbis cum habita=*
*toribus ſuis.*
8 *Flumina plaudãt*
*manibus, ſimulq;*
*montes exultent.*
9 *Coram domino*
*quũ ueniet ad iudi*

4 Iubilate in honorem
domini quotquot ha-
bitatis in terra: ſubla-
ta uoce canite, exulta-
te & pſallite.
5 Pſallite in honorem
domini cithara, ſed ad
hibita ad citharam mo
dulatione uocis.
6 Sonate taratãtaris &
clangite tuba: iubilate
quantum poteſtis pro-
pter aduentũ inſignis
huius regis, qui domi-
nus eſt omnium.
7 Strepitum ædat præ
gaudio mare, & piſciũ
multitudo innumera,
orbis totus cũ his, quæ
degunt in eo, exultet.
8 Flumina iunctis ma
nibus gaudia ſua teſtẽ
tur, unanimiter mon-
tes exultent.
9 Idq; propter Do-
minum, quod ipſe ad-
uenerit prouinciam ſu
ſcepturus iudicãdi ter-

*candum terrã, iudi*
*cabit enim orbẽ cõ*
*ſultrice iuſtitia, & *
*populos aſſeſſore*
*æquitate.*

PSAL. XCIX.

Dñs regnabit, iraſcant populi.

1 *DOminus re=*
*gnat, & po*
*pulos cõturbat, in=*
*ſidet Cherubim, et*
*mouet terram.*
2 *Dominus qui in*
*Zion colitur, ma=*
*gnus eſt, & ſubli=*
*mis ſup omnes po*
*pulos.*
3 *Euehant nomen*
*tuum magnũ, formidabile, & ſanctum.*
4 *Regia fortitudo æquitatis quoq; amãs*

ram: iudicabit orbem
terræ ſecundum iuſti-
tiam, & populos cum
æquitate ſumma.

XCIX.

1 QVia Dominus
aduenit regnũ
adminiſtraturus,
contremiſcent po-
puli: ille inquam Do-
minus, qui ſedet ſuper
Cherubim, aduenit:
quare reuerenter atto-
niti fient habitatores
terræ.
2 Dominus in Sion
magnus, & pro omni-
potente agnitus ab uni
uerſis populis.
3 Fatebuntur nomen
tuũ magnũ eſſe, & me-
tuendum, & ſanctiſsi-
mè auguſtum.
4 Quamuis potens ſit
dñs, non tyrannidem

eſt,tu manu tenes
bonum,tu quod iu
ſtũ & rectũ eſt, fa
cis in Iaacob.
5 Exaltate dominũ
Deum noſtrũ, &
adorate ſcabellum
pedũ eius, ſanctus
enim eſt.
6 Moſes & Aha=
ron è ſacerdotum
eius ordine, & Sa
muel ex eorũ nume
ro q̃ nomẽ eius in
uocãti inuocabant
ad dominũ, & ille
reſpondebat eis.
7 È columna nubis alloquebatur eos,
reſeruabant enim conteſtationẽ & legẽ

exercebit, ſed æquita-
tem,cuius amãtiſsimus
eſt:tu enim dñe guber
nabis omnia cũ æqui-
tate ſumma: iudicium
enim & iuſtitiã in po-
ſteris Iacob exercuiſti
ſemper.
5 Exaltate dominum
Deum noſtrũ,& pro-
ſternite uos ad ſcabel-
lum pedum ipſius: eſt
enim ipſe dignus eo
honore, quum ſit ſan-
ctiſsimus.
6 Moſes & Aaron in-
ter ſacerdotes eius, &
Samuel è numero eo-
rũ,q̃ inuocabãt nomẽ
ipſius:quos ſemp̃ exau
diebat,quãdo eius au-
xilium implorabant.
7 Ex nube, quæ for-
mã columnę habebat,
loquebatur cum eis:

*quam dederat eis.*
8 *Dñe deus noſter*
*tu exaudiebas eos,*
*tu eras eis & deus*
*indulgẽs, & uindi*
*cans cõſilia eorũ.*
9 *Exaltate Dñm*
*Deum noſtrũ, &*
*adorate in monte*
*ſancto eius, ſanctus*
*enim eſt Dominus*
*Deus noſter.*

PSAL. C.

1 *IVbilate Domi=*
Iubilate deo omis terra. *no per uniuer=*
*ſam terram.*
2 *Colite Dominũ*
*lætitia, uenite in*
*conſpectum eius cum exultatione.*

paruerunt admonitio-
nibus ipſius, & pactum
inijt cum eis.
8 Domine Deus no-
ſter tu exaudiebas eos:
Deus licet potens ſis,
clemẽs tñ fuiſti ad pre-
ces illorũ in alios, etiã
eo momẽto, quo ulci-
ſcebaris ea, quæ aduer
ſum te ſtultè commen-
ti fuerant.
9 Extollite dominum
deũ noſtrũ, & proſtra-
ti conuertite uos uene-
rabundos ad cœleſtem
illũ montẽ, in quo ma-
ieſtas illius ſancta pe-
culiariter apparet: eſt
enĩ ſanctiſsimus domi-
nus Deus noſter.

C.

2 IVbilate in honorẽ
domini, quotquot
in terra uerſamini
2 Colite dominũ cum
lætitia: uenite in con-

3 *Agnoſcite quòd dominus eſt Deus, ipſe fecit nos, et nō noſipſi, qui ſumus populus eius & oues paſcuæ eius.*

4 *Ingrediamini portas eius cū gratulatione, & atria eius cū celebratiōe, laudate & prædicate nomen eius.*

5 *Quoniā benignus eſt dn̄s, ſempiterna eſt miſericordia eius, ueritas aūt eius ad omnes generationes durat.*

PSAL. CI.

ſpectum ipſius cū exultatione.

3 Agnoſcite dominum eſſe illum Deum, qui fecit nos: neque enim ipſi fecimus nos: ſed populus eius ſumus, et grex, quem ipſe paſcit aſsidue.

4 Intrate per portas illius gratias acturi ꝓ acceptis ab eo innumeris beneficijs, & per atria cantaturi laudes illius: laudate illum, & celebrate laudibus nomen illius.

5 Benignus eſt enim Dominus, & infinitæ miſericordiæ, & in ſeruandis promiſsis conſtantiſsimus, non uni generationi tantum, ſed omnibus.

C I.

Miſeri- cordiā & iudicium cantabo.

1 Miſericordiæ
et æquitati
tuæ canam & pſal
lam Domine.
2 Attentus ero in
uiam innocētiæ do
nec occurras mihi,
ambulabo cū inte=
gritate cordis mei
intra domū meam.
3 Non proponam
mihi ipſi calumnio
ſum conſilium, ſce
lus præuaricatio=
nis ſic odio habeā
ut non temerè ad=
hæreſcat mihi.
4 Mens nequitioſi
abhorreat à me,

1 Miſericordiam
& æquitatem
carminibus ce
lebrabo: maximè autē
te dominū uirtutis oīs
largitorē pſalmis effe-
ram quantum potero.
2 Ego quidem pro ui-
ribus operam dabo, ut
familiam honeſtè inſti-
tuā, & integritatis mo-
rum ſtudioſus ero, ſed
conatus mei irriti fient
niſi tu adiuueris, quod
quando fiet tandem? à
te enim adiutus con-
ſtanter uerſabor, pro
puritate cordis mei, in
adminiſtratione do-
mus meæ.
3 Nunquam mihi imi-
tandam propoſui rem
ullam iniquā: hominē
ſuperbū ſemper odio
habui, nec unquam fa-
miliaris fiet mihi.
4 Qui animū ſuum ſtu-
dio deprauat, is procul

*hoc ſolum ignorẽ*
3 *quod malum eſt.*
*Qui clàm detra=*
*bit proximo ſuo,*
*eum opprimam, fà*
*ſtuoſi & arrogan*
6 *tis non poßim.*
*Oculus meus in*
*hoc mũdo ad ueri*
*ſtudioſos intentus*
*ſit, ut mecũ uerſen*
*tur: & qui in uia*
*innocentiæ ambu=*
7 *lat, miniſtrat mihi.*
*Non habitet do*
*mi meæ qui dolum*
*facit: mendacioſus*
8 *non moretur in conſpectu meo.*
*Tempeſtiuè eliminem omnes ſcele=*

recedere cogetur à me:
uirum ſceleratum inter
notos & amicos habi-
turus non ſum.
5 Qui loquitur clancu-
lum in perniciem ſocij
nihil mali ſuſpicantis,
illum ſubuertam fun-
ditus: elatum oculis &
animo arroganti ferre
nequaquam potero.
6 Oculi mei obſeruant
illos, qui bona fide uer
ſantur in terra, ut illos
adiungam mihi, & ſe-
deant iuxta me: qui in
tegræ fuerit uitæ, ille
miniſtrabit mihi.
7 Non ferã, ut habitet
quiſquam in ædibus
meis fraudulẽtus, neq;
is, qui mendacijs aſſue
uit, durabit apud me.
8 Summo manè ſub-
uertã impios exleges,

*ſtos è terra, ut ex=*
*cindantur de ciui=*
*tate domini omnes*
*flagitioſi.*

PSAL. CII.

1 Domine exaudi orationē meam.

1 *DOmine exau*
*di orationem*
*meā, et clamor me*
*us ad te perueniat.*
2 *Ne celes me uul*
*tum tuū cùm mihi*
*anguſtia imminet,*
*ſed præbe mihi au*
*rem tuam cùm in=*
*uoco, & feſtina ut*
*mihi opem feras.*
3 *Euaneſcūt enim*
*ſicut fumus dies mei, & oſſa mea con=*
*ſumuntur ſicut torris ab igne.*

qui plurimi uerſantur
in terra, ut extermi-
nentur è ciuitate do-
mini uniuerſi ſcelerum
patratores.

CII.

1 DOmine audi
precationē me-
am: & clamor
meus admittatur uſque
ad te.
2 Ne abſcondas faciem
tuā à me hoc maximè
tēpore, quo calamitas
premit me: præbe quæ-
ſo aures tuas mihi cùm
clamauero, & uotis
meis citò reſponde.
3 Conſumpti enim
ſunt, ueluti fumus citò
euaneſcens dies uitæ
meæ, & oſſa mea tan-
quam focus, aſsiduo
ardore exiccata ſunt.

4 *Reſectum & de-
refactum eſt cor
meum tanquam fœ
num, quoniam &
cibū capere meum
oblitus ſum.*
5 *Præ uoce gemi-
tuum meorū ægrè
adhæreſcunt oſſa
mea carni meæ.*
6 *Similis ſum pe-
licano in ſolitudi-
ne, factus ſum ſi-
cut noctua in pa-
rietinis excißis.*
7 *Peruigilo, & par
ſum paſſerculo, q uiduus in tecto ſedet.*
8 *Iugiter adficiunt me cōtumelijs inimici
mei, & qui me ludibrio habent in caput.*

4 Simile fœno, quod
amputatum ardore ſo-
lis exiccatur, eſt cor
meum: & oblitus ſum
præ nimia calamitate
ſumere cibum mihi.
5 Præ clamoſo gemitu
factum eſt, ut uix hæ-
reat oſſibus pellis mea.
6 Similis factus ſum
pelicano, qui in auijs
& deſertis habitat lo-
cis, & nycticoraci con-
ſortia reliquarū auium
fugienti.
7 Præ fortitudine ſom-
num non indulſi oculis
meis, & ſimilis mihi eſ-
ſe uidebar paſſeri mœ
ſto, qui ſolus in foramī
ne deſidet ſub tecto.
8 Inceſſanter per totū
diem contumelia affi-
ciunt me inimici mei:

*meum coniurant.*
9 *Sed & cinerem*
*cum pane comedo,*
*& tempero pocu=*
*lum meum fletu.*
10 *Id autem pro=*
*pter indignationē*
*& iram tuam, ſu=*
*ſtuliſti enim et ab=*
*ieciſti me.*
11 *Dies mei ſimiles*
*ſunt umbræ ſeroti=*
*næ, ipſe uerò tanq̄*
*fœnum exarui.*
12 *Tu autem Do=*
*mine in perpetuū*
*duras, & mentio*
*tua per omnes ge=*
*nerationes.*

& qui inſultant mihi
in perniciem meam cō
iurauerunt.
9 Quare cibus meus nō
ſapuit magis mihi, quā
ſi cinerē comedíſſem,
& potui meo lachry-
mas admiſcuí non tem
perans me à fletu.
10 Propterea quòd ita
tum te ſciebam mihi,
& grauiter offenſum:
uideris extuliſſe me in
altum, ut grauius cor-
ruere faceres me.
11 Dies mei ſimiles ſunt
umbræ, quæ aſſiduè
fit maior, & tenebris
propinquior: ego enim
non aliter quam fœ-
num breuiſſimè exa-
reſcam.
12 Verùm tu Domine
perpetuò ueluti ſecu-
rus, & nihil immutatus
permanebis, nec memo
ria tui ulla unquam ge
neratione abolebitur.

13 *Tu igitur exur-*
*gas & miſerearis*
*Zion, tẽpeſtiuum*
*enim eſt ut eius mi-*
*ſerearis, nã defini-*
*tus terminus adeſt.*
14 *Quoniam ſerui*
*tui depereunt, la-*
*pides eius, & pul-*
*ueris eius miſeret*
*ipſos.*
15 *Vt gentes time-*
*ant nomen tuum*
*domine, & omnes*
*reges orbis maie-*
*ſtatem tuam.*

13 Tu tandẽ, certò ſcio, 
exurges ut miſerearis 
Sion, & tempus illud 
redemptionis appetere 
uidetur iam nunc.
14 Profectò ſerui tui 
iam pridem deſiderio 
tenentur uidendorum 
lapidum eius: & quan-
tumuis miſera ſit fa-
cies, piè tamen erga ru
dera eius affectũ ſuccur
rere cupiunt.
15 Tum timebunt gẽ
tes nomẽ domini, quæ 
nunc inſultãt nobis: & 
quotquot ſunt reges in 
tota terra uenerabũtur 
maieſtatem illius.
16 Vbi reædificauerit 
Dominus Sion conſpi
cuus apparebit maie-
ſtate ſua.
17 Côuertit ſe ad preca-

16 *Cùm ſcilicet ſeruabis Zion Domine,*
*quum adpares cum poteſtate tua.*
17 *Cùm aduertis ad orationem deſti-*

*tuti, & non cõtem*
*nis preces eius.*
18 *Mãdabitur enim*
*iſtud poſteris ut fu*
*turus populus col=*
*laudet Dominum.*
19 *Quòd de ſubli=*
*mi ſanctuario ſuo*
*proſpexerit, quòd*
*è cœlo in terram*
*inſpexerit.*
20 *Ad audiendum*
*gemitum uincti, ad*
*abſoluendum uoci*
*addictos.*
21 *Quò in Zion*
*prædicetur nomen*
*domini, & gloria eius Hieroſolymis.*
22 *In frequẽti populorũ cœtu, cũ regna*

tionem propter cauſas
iuſtiſſimas dolẽtis, neq;
enim fieri poterit, ut cõ
temnat preces eorum,
qui ſe conuertunt ex
animo ad illum.
18 Scribatur hoc ꝑpter
poſteros, ut populus q
naſcetur, laudet ſerua-
torem dominum.
19 Dignatus eſt enim re
ſpicere nos è ſũmo lo-
co, dñs è cœlis ĩ ipſam
uſq; terram proſpexit.
20 Vt audiat gemitum
eius, qui uinctus detine
tur: ut liberet à uincu-
lis eos, qui morti fue-
rant deſtinati.
21 Vt habeant occaſio-
nem commemorãdi in
Sion nomen domini,
& laudes illius in Hie
ruſalem.
22 Quod fiet quũ ſimul
collecti fuerint populi,

*iſthic cõuenient ad*
*colendũ dominum.*
23 *Quanq̃ in ipſo*
*itinere adflixit ro=*
*bur meum, & præ*
*cidit dies meos.*
24 *Orantis etiam, ô*
*deus meus ne tollas*
*me in medio curſu*
*ætatis meæ, anni e=*
*nim tui ſempiterni*
*ſunt.*
25 *Tu fundaſti olim*
*terram, & cœli o=*
*pus manuum tua=*
*rum ſunt.*
26 *Ipſa peribunt, tu*
*uerò cõſtabis, & omnia uelut ueſtimentũ*
*ueteraſcẽt: tu mutabis eos tanquã ueſtem*

& facti concordes, &
unanimiter regna cul-
tum Domini recepe-
rint.
23 Interim non ceſſa-
uit atterere, quocunq;
me uerterem uires me-
as, & abbreuiare dies
meos.
24 Quare dicã, mi deus,
ne me hinc ſuſtuleris di
midio dierum meorũ,
quum pauciſſimi ſint,
& animi tui nunquam
ulla generatione finem
ſint habituri.
25 Tu eras priusq̃ ter
ræ fundamẽta iaceren-
tur, & cœli ipſi opus
ſunt manuum tuarũ.
26 Ipſi interibunt, tu ue
rò ſtabilis perſiſtes, &
alia omnia, quẽadmo-
dum ueſtis, atterentur:
& ueluti pallium mu-

*atq; mutabuntur.*

27 *Tu autem idem eris, & anni tui nō inuenient finem.*

28 *Filij ſeruorū tuorum, & ſemen eorū cohabitabūt, & conſiſtent tecum.*

PSAL. CIII.

1 *Collauda dominū anime mi, & omnia cordis mei penetralia nomen eius ſanctum.*

Benedic aīa mea dño, & oīa quæ intra me ſunt.

2 *Mi anime Dñm collauda, & ne excidant tibi uniuerſa beneficia eius.*

3 *Qui ueniam dat*

tabis ea, & tuo imperio cedere cogentur.

27 Tu uerò ipſiſſimus ille es, qui ſemp fuiſti, & anni tui fine carebūt.

28 Filij ſeruorum tuorum ſecurè habitabūt, & illorum filiorum filij fauore tuo in officio continebuntur.

CIII.

1 Gratias age anima mea Domino: & quicquid eſt uirium intra me, nunquam ceſſet laudare ſanctiſſimum nomē eius.

2 Gratias age anima mea domino, nec ſinas unquam excidere memoriæ tuæ illa tam uaria, quæ in te contulit beneficia.

3 Gratias inquam age ei qui remittit omnem iniquitatem tuā quantumuis uaria ſit, &

*omnibus delictis tu*
*is, & reſtituit uni=*
*uerſas imbecillita=*
*tes tuas.*
4 *Qui uindicat ab*
*interitu uitam tuã,*
*et ornat te benigni*
*ter & humaniter.*
5 *Qui bonis deſide*
*rium tuũ ſatiat, &*
*floridam ſeruat ue*
*lut aquilæ iuuentu*
*tem tuam.*
6 *Ius reddit ac uin*
*dicat Dominus o=*
*mnes qui patiun=*
*tur iniuriam.*

ſanat omnem ægritudi
nem tuam.
4 Qui redimit ab in-
teritu cui deſtinata fue
rat, uitam tuam: qui co
ronat te, & ueluti regẽ
facit benignitatis in te,
& pietatis officijs.
5 Qui quantum boni
os tuum appetere po-
teſt, abũde ſuppeditat
tibi, cuius bñficio quẽ-
admodum aquila, quæ
roſtrum ob uetuſtatem
nimis aduncũ abijcit,
& iuuentam recipit: tu
quoque ob peccatum
ſquallida, & ſeneſcens
florem iuuentutis reci-
pies.
6 Iuſta ſunt quęcunq;
facit dominus, nec ſine
ſummo iudicio premi
ad tempus ſinet iuſtos
plurimos: nouit enim
ipſe eiuſmodi mala bonis alijs longe melioribus
quàm mala illa erant, compenſare.

7 *Moſi oſtendit*
*uiam ſuã, & filijs*
*Iſraël conſilia ſua.*
8 *Humanus et pla*
*cidus eſt dñs, cũctã*
*ter iraſcitur, at im=*
*pendio indulget.*
9 *Nõ iurgatur in*
*perpetuum, neq; in*
*perpetuũ ſuccẽſet.*
10 *Non facit nobis*
*iuxta peccata no=*
*ſtra, & iuxta ſcele*
*ra noſtra non re=*
*tribuit nobis.*
11 *Nam iuxta ſubli*
*mitatem cœlorum*
*ad terram, auguſta*
*eſt bonitas eius er=*

7 Ipſe docuit Moſen
præcepta uiuẽdi rectè,
& Iſraelitis cõſilia ſua
concredidit.
8 Benignus & miſeri-
cors eſt dominus & ab
ira quàm alieniſſimus:
ad beneficẽtiam uerò
ſupra quàm dici poteſt
propenſus.
9 Quamuis inimicitiæ
inter nos & illum ſint,
nõ tamen futuræ ſunt
perpetuæ: neq; memo
ria retinebit perpetuò
iniurias, quibus illum
affecimus.
10 Nec cũ afflixit nos
unquam pro magnitu
dine peccatorum no-
ſtrorũ, neq; pro ſcele-
rum noſtrorum multi-
tudine pœnas unquam
ſumpſit de nobis.
11 Quamuis enim maxi
ma ſit cœli à terra di-
ſtãtia, maior tamen eſt
multo benignitas eius

*ga cultores ſuos.*
12 *Remouet à nobis*
*crimina noſtra : q̃*
*remotus eſt ortus*
*ab occaſu.*
13 *Quàm mitis eſt*
*parens in liberos,*
*tam mitis eſt Do=*
*minus erga culto=*
*res ſuos.*
14 *Ipſe enim nouit*
*facturam noſtram,*
*memor quòd è pul*
*uere ſumus.*
15 *Quòd mortaliũ*
*ætas tanq̃ fœnum*
*eſt, quòd inſtar flo*
*rum agri floret.*
16 *Protinus ut uentus auſterior in eum*

in illos, qui eum reue-
rentur, etiam ſi peccẽt
in eum ſubinde.
12 Long us quàm abeſt
Oriens ab Occidente,
amouit à nobis ſcelera
noſtra.
13 Sicut pater obliuiſci
non poteſt affectus pa
terni, ſed miſeret illum
filij etiam dum flage=
lat ipſum: ita dominus
nunquam deſinet eſſe
miſericors in eos, qui
reuerentur illum.
14 Ipſe enim nouit ſtul
ta deſideria noſtra : &
in memoria habet ꝙ
puluis ſimus omẽs nos.
15 Homuncio miſerabi
lis fœno in uita ſua ſi-
milis eſt, & non aliter,
quàm floſculus aliquis
ad tempus florebit.
16 Qui ubi uento ali-
quãtò duriore attactus

*inuexerit, nullus*
*eſt, neq; amplius in*
*loco ſuo inuenitur.*
17 *Sed bonitas Do*
*mini ab æterno in-*
*æternũ ſeruat cul-*
*tores ſuos, et filijs*
*filiorum ipſorum*
*iuſticia ſua adeſt.*
18 *Dummodo cuſto*
*diunt fœdus eius,*
*& mandatorũ e-*
*ius memores ſunt*
*ut faciant ea.*
19 *Dominus in cœ*
*lo firmauit ſolium*
*ſuum, & imperio*
*ſuo uniuerſa regit.*
20 *Collaudate Do*

fuerit, emarceſcet, &
auelletur à loco ſuo:
nec locus ille magis a-
gnoſcet ipſum poſtea,
quàm ſi nunquam fio
ruiſſet ibi.
17 Benignitas autẽ do-
mini ab æterno fuit,
& in æternũ durabit
erga eos, qui reueren-
ter colunt illum, & iu-
ſtitiam eius experient,
non ſolũ ipſi qui colũt
illum, ſed filij ipſorum
& filiorum filij.
18 Comitabit eos iu-
ſtitia domini, ut ſeruẽt
pactũ initum cũ ipſo:
& ſic memores ſint
mandatorũ ipſius, ut
opere compleant illa.
19 Dominus in cœlo
firmauit ſoliũ ſuum, &
poteſtas eius regia ad
omnia ſe extendit.
20 Quare cum gratia-
rumactione laudate il-
lũ angeli ipſius, quot-

minũ angeli eius,
qui uirtute polletis
ut impleatis iuſſus
eius, qui parêtis uo
ci uerbi illius.
21 Collaudate Do
minũ uniuerſi exer
citus eius, miniſtri
eius, & qui facitis
placita illius.
22 Collaudent Do
minũ cuncta opera
eius, in omni loco
imperij illius. Col=
lauda Dñm aïe mi.

PSAL. CIIII.

1 COllauda dñm
aïe mi, dñe Deus meus ïenarrabiles
ſunt cũ magnitudo tua, tũ laus et decor

quot militatis ſub i-
pſo, qui præditi uiri-
bus exequimini man-
data ipſius, & cogitis
cũcta obedire uoci, &
imperio ipſius.
21 Cum gratiarum
actione laudate illum,
quotquot militatis ſub
illo ſatellites illius, qui
exequimini quæcũq;
fieri uult ille.
22 Laudate Dominũ
uniuerſa opera ipſius,
quæcunq; uſquã ſite
ullo loco: omnia enim
ſubiecta ſunt imperio
illius: lauda & tu ani-
ma mea dominum.

CIIII.

1 LAuda aïa mea
dñm, Dñe mi
Deus, magnus
factus es ſupra mo-
dum: & tanquã maie-

Benedic
aïa mea
dño, dñe
Deus.

*quibus amictus eſt.*
2 *Amictus es luce tanquàm indumen to. Tu explicas cœ los inſtar cortinæ.*
3 *Tu cõtabulas in aquis fornices tu os, nubes in currũ tuũ aptas, & alis uẽtorũ aurigaris.*
4 *Tu facis uentos nuncios tuos, & flammas ignis clien tes tuos.*
5 *Tu iecisti terræ fundamenta ſuper baſes eius, ut in p= petuũ et ſi quid ultra eſt, nõ moueatur.*
6 *Tu lates in abyſſo tanq̃ in ueſte, ſu=*

ſtate & gloria indutus: exornatus es undiq;.
2 Induit lumen tanquam ueſtimentum, extendit cœlum tanquam tentorium.
3 Qui tegit aquis ſupremas partes illius, q utitur nubibus ꝑ uehiculo, uolat uelocius quàm ſi alas haberet ex uento.
4 Cuius iuſſu nũc huc, nunc illuc flant uenti, et tanquã miniſtri obſequũtur domino ſuo, nec aliter quàm miniſtri quocunque ille uoluerit, pergunt ignita fulgura.
5 Fundauit ſuper baſes ſuas terram, quare non mouebitur loco unquã ullo tempore.
6 Profundiſsimis aqs

*pra mõtes cùm deſcendunt aquæ.*

7 *Ab increpatione tua fugiunt, à uoce tonitrui tui præcipites feruntur.*

8 *Tum ſurgunt montes, deſcendũt ualles ad locum iſtum quem firmaſti eis.*

9 *Terminũ conſtituiſti aquis ut non tranſgrediantur, neq; redeãt ad operiendũ terram.*

10 *Tu promanas fontes in uallibus qui inter medios montes incedunt.*

ueluti ueſtimento cooperuit eã: ſupra montes, ſi iuſſerit ille, ſtabunt aquæ.

7 Si increpaueris eas, ſentient irã tuã, & fugient quocũq; uolueris, & attonitæ ꝓpter uocẽ, quæ tonitru ſimilis eſt, feſtinabunt.

8 In altum extollent ſeſe montes, & ſubſident ualles: unũquodque eo ſe continebit loco, quem tu deſignaueris illi.

9 Terminum ſtatuiſti aquis, quẽ nõ trãſgredient, nec unquã ſine iuſſu tuo tentabũt cooperire terram.

10 Qui deducit fontes in fluuios, qui deinde inter altiſsimos montes defluent rapidiſsimè.

11 *Vt potentur o=*
*mnes beſtiæ tuæ*
*quæ in agro ſunt,*
*ut onagri frangãt*
*ſitim ſuam.*
12 *Supra montes*
*autẽ uolucres cœli*
*habitẽt, ac de me=*
*dio frondium dent*
*uocem.*
13 *Tu irrigas mon*
*tes è ſupernis tuis,*
*opa tua tellus an=*
*nona impletur.*
14 *Germinas fœnũ*
*iumentis, & olera*
*ut homini ſeruiãt.*
15 *Producis è terra*
*quũ panẽ, ut uires hominis reficiat: tum*

11 Potabunt ex eo
omnis generis anima-
lia q̃ in agris degunt,
ſedabunt onagri ſitim
ſuam ex illis.
12 Supra fluuios ipſos,
aues quæ in aëre uoli-
tant nidulabuntur, ex
medijs arborũ ramis
cantillabunt.
13 Humectat montes
ex nubibus, quas in
aëre uelut ædituiſsimo
loco ſuſpẽdit: ex abun
dantia frugũ, quæ ope
ra tua prouenẽt, ſatu-
rabuntur, quæcunque
degunt in terra.
14 Prouenire facit ſua
ſponte fœnũ in uſum
brutorũ animantiũ, &
ad culturã hominis, re
liquam ſegetẽ, ut acci-
piat cibum ſibi, quem
terra produxit.
15 Prouenire facit &
uinũ, quod exhilaret

*uinũ quoq;, ut hu-*
*manum cor lætifi-*
*cet : tum oleum ut*
*uultus exporrigat.*
16 *Te Domino ar*
*bores ſaginantur,*
*& Cedri Libani,*
*quas plantauiſti.*
17 *Vt uolucres*
*iſthic nidulentur,*
*ciconiæ domiciliũ*
*abies præbeat.*
18 *Vt montes editi*
*damis, petræ uerò*
*ſint aſylũ cũiculis.*
19 *Lunã feciſti ad*
*conſtitutũ ſuũ, Sol*
*nouit occaſum ſuũ.*
20 *Feciſti & tene-*

cet hominis uarijs mi-
ſerijs obnoxij : oleum
præterea quo hilarior
reddatur uultus illius,
& panem qui cor ho-
minis confirmet.
16 Humoris ſumma
copia ſuppeditabitur
arboribus maximis: et
cedris quæ proueniũt
in Libano tam alte, ut
ipſe uideri poſsit plan-
taſſe illas.
17 In quibus nidulant
paſſeres, ciconia nidũ
ſuũ ponit in abiete.
18 Montibus excelſis
gaudẽt cerui: ad rupes
confugium erinacij.
19 Fecit lunã certis mo
dis, & temporibus mu
tabilẽ: Sol nouit tem-
pus occaſus ſui, abſq;
tali, qua luna mutatur
uariatione.
20 Poſt Solis occaſum
induces tu Dñe tene-
bras, & ſequeť nox, in

*bras,è quibus nox*
*eſt, in qua prore-*
*punt omnes beſtiæ*
*nemorum.*
21 *Leunculi quoq;*
*rugientes ad præ-*
*dam,ut quærant ci*
*bũ à* Deo *ſibi deſti*
*natum.*
22 *At orto ſole,ſeſe*
*proripiũt,et in cu-*
*bilia ſua recubant.*
23 *Tum uerò pro-*
*dit homo ad opus*
*ſuũ,& ad agricul*
*turam ſuã uſq; ad*
*ueſperam.*

ea proferent ſeſe ani-
malia, quæ per diẽ in
ſyluis hominum cauſa
latuerant.
21 Catuli leonum ru-
gientes, ad prædã ſeſe
tum accingẽt, ut impe
trent ab omnipotenti
Deo cibũ,quo indiget
natura illorum.
22 Iterum exorietur
Sol,& rurſum recipi-
ent ſe turmatim in an-
tra ſua, ut cubent per
diem.
23 Cubãtibus illis, ho
mines qui per noctem
quieuerant,egrediẽtur
ad perficienda opera
ſua, & ad culturam a-
grorum ſuorum uſq;
ad ueſperam.
24 Quàm elegãti ſunt
uarietate diſtincta ope
ra tua Domine, nihil

24 *Quanta ſunt opera tua* Domine*,*
*quæ tu omnia ſapienter feciſti:plena eſt*

*terra rebus tuis.*
25 *Aequè pelagus*
*magnũ & ſpatio=*
*ſum quaq; uerſum,*
*in quo reptilia nu=*
*mero carentia: be=*
*luæ quoq; & me=*
*diocres & inuſita*
*tæ magnitudinis.*
26 *Vbi & naues*
*tranſeunt, & Le=*
*uiathan ille, quem*
*in hoc finxiſti, ut*
*in eo ludat.*
27 *Cuncta iſta ad te*
*ſuſpiciũt, ut des il=*
*lis cibum ſuum in*
*tempore ſuo.*
28 *Dante te illis, capiunt: adperiente te*

non ſumma ſapientiã
condidiſti, plena eſt ter
ra uarijs poſſeſsioni-
bus tuis.
25 Et hoc ingens ma-
re, cuius littora tanto
à ſe mutuò diſtant ſpa
tio, innumerabilem ha
bet piſcium & aliorũ,
quæ degunt in eo mul
titudinem.
26 Per ipſum trãſeunt
naues, & ipſi ceto eas
uires tribuiſti, ut ride-
re audeat, & contem-
nere reliqua, quæ de-
gunt in mari omnia.
27 Hæc omnia expe-
ctant te, ut tu des il-
lis cibum naturæ cu-
iuſq; illorum conue-
niẽtem, idq; tempore
opportuno.
28 Vbi tu illis ſuppe-
ditaueris, colligent,
ubi manum tuam a-
perueris, ad ſaturitatẽ

*manū tuam, bonis*
*ſaturantur.*
29 *Te uerò uultū*
*tuū abſcōdēte, tur*
*bantur: te ſpiritum*
*eorū tollente, exa*
*nimātur, & in pul*
*uerē ſuū redeunt.*
30 *Et contrà, quū*
*ſpiritum tuum mit*
*tis, recreantur, &*
*renouas faciē ter=*
*ræ.*
31 *Regnet diuina*
*maieſtas in perpe=*
*tuum, & lætetur*
*dn̄s in opibus ſuis.*
32 *A` cuius aſpectu*
*terra cōtremiſcit:*

uſque implebuntur ci-
bo pro natura uniuſ-
cuiuſq; optimo.
29 Si uerò iratus auer-
teris faciem tuam ab
eis, continuò turba-
buntur: & ſi ſpiraculo
illo uitæ, quod inſuf-
flaſti, ſpoliaueris ea,
interibunt, & in terrā
unde ſumpta fuerant,
reſoluentur.
30 Iterum inſufflabis
ſpiritum tuum in can-
dem terram, & crea-
buntur alia in locum
illorum, quæ interie-
runt, & innouabis ſu-
perficiem terræ.
31 Durabit autē maie
ſtas domini perpetuò,
oblectabit ſe dominus
hac operum ſuorū ua-
rietate.
32 Illius maieſtas erit
perpetua, qui ubi terrā
ipſam uel ſemel aſpe-
xerit, cōtinuò contre-

*quum montes attingit, ſumant.*

33 *Cantabo Domino quoad uiuã, & quoad ſuero, Deo meo pſallam.*

34 *Iucunda ſit coram ipſo oratio mea, ego enim in Domino lætor.*

35 *Cõſumantur peccatores è terra, & impij non ſint ultrà: tu uerò anime mi collauda Dominũ.* הללויה

miſcet: & ſi uel leuiter montes attigerit, præ metu fumabunt.

33 Quare dominũ cantabo per omnẽ uitam meam, pſalmis celebrabo Deum quoad uixero.

34 Grata ſit illi cantio mea, ut gaudere liceat mihi, quòd habeã ꝓpitium dominum.

35 Extirpabuntur ſcelerati ex ipſa terra, & impij, quoad nullus ſit reliquus: tu uerò lauda Dominũ ô anima mea. Halleluia.

C V.

1 CElebrate Dominum, inuocate nomẽ illius, facite ſciant exteræ nationes admirãda ſtratage

Confitemini dño & inuocate nomen.

PSALMVS CV.

1 *GRatias agite Dño: celebrate nomen eius, & in populis conſilia*

*illius prædicate.*
2 *Canite illi, pſalli*
*te illi, diſſerite ſuꝑ*
*egregiè geſtis eius.*
3 *Collaudate ſan=*
*ctum nomen eius:*
*Lætetur cor quæ=*
*rentium Dominũ.*
4 *Quærite Dñm,*
*et ne ceſſetis: quæ=*
*rite uultũ eius ſine*
*intermiſsione.*
5 *Mementote in=*
*gentium factorum*
*eius, miraculorum*
*quæ fecit, & iudi=*
*ciorũ quæ ore ſuo*
*pronunciauit.*
6 *O ſemẽ Abrahã*

mata illius.
2 Cantate illũ uoce,
pſallite in honorem il-
lius muſicis inſtrumen
tis, enarrate hæc tam
uaria & admiraione
digna opera illius.
3 Gratulamini uobis
propter auguſtiſsimũ
illud nomen Domini,
cuius tã inſigniter nu-
men experti eſtis: gau-
deãt corda ſanctorum
domini, q placere ſtu-
dent illi.
4 Quærite dominũ,
& robur impetrate ab
illo: ſtudete compara-
re uobis fauorem illius
aſsiduè.
5 In memoria habe-
te, q́ mirabiliũ operũ
autor fuerit, & quàm
ſtupẽda deſignauerit,
quàmq́ æqua ſint o-
mnia, quæ locutus eſt
ore ſuo unquam.
6 Poſteri Abraham

ſerui eius, ò filij Ia
acob electi eius.
7 Ille eſt dñs deus
noſter, cuius exem
pla per uniuerſum
orbem nota ſunt.
8 Memor eſt in per
petuũ fœderis ſui,
et promißionis quã
nunciauit ad infini
tas generationes.
9 Fœderis quod pe
pigit cũ Abraham,
& iuriſiurãdi cum
Iſaac.
10 Quod lege cõſti
tuit cum Iaacob,
& cum Iſraële fœdere ſempiterno,
11 Dicens: Tibi dabo terram Chanaam,

cultores illius, filij Ia-
cob electi ſunt ab illo.
7 Ille eſt dñs deus no
ſter, qui iudicandi pote
ſtatẽ habet per uniuer-
ſam terram.
8 Meminit pacti ſui,
nec obliuiſcet eius un-
quam: quicquid enim
promiſit, cõſtantiſſimè
ſeruabit: etiam ſi mille
ſibi mutuò generatio-
nes ſuccedant.
9 Memor erit eius fœ
deris, quod percuſſit cũ
Abraham, & iuramen
ti, quo ipſe aſtrinxit
Iſaac.
10 Et quia firmũ id eſſe
uoluit, certa ueluti le-
ge obligauit ſe Iacob,
& Iſraeli perpetuò fœ
dere aſtrinxit ſe,
11 Tibi inquiens dabo
terram Canaam, ut eã

*ut ſit ſors hæredita*
*tis ueſtræ.*
12 *Quū eſſent nu=*
*mero pauci, et ad=*
*uenæ in ea,*
13 *Quum profici=*
*ſcerentur ex gente*
*in gentem, de re=*
*gno uno ad popu=*
*lum alterum:*
14 *Nō permittebat*
*eis quenquam noce*
*re, ſed corripiebat*
*ꝑpter ipſos reges:*
15 *Nolite, inquiēs,*
*attrectare Chriſtos*
*meos, & prophe=*
*tis meis nolite quicquam mali facere.*
16 *Deinde, cùm famem in orbem acceſ=*

poſſideas ueluti hære-
ditario iure, & tanquā
patrimonij tui portio-
nem.
12 Quamuis numero
eſſent pauciſſimi, imò
propemodū nulli, & in
terra illa peregrini,
13 Et proficiſcerentur
peregrinorū more ex
una natione in aliam,
ex uno regno ad popu
lum alterius regni, mo
rum ab altero longè
diuerſorum:
14 Nunq̄ tamen per-
miſit ut quiſquam ho
minum uim faceret il-
lis: quin potius corri-
puit illorꝫ cauſa reges:
15 Ne attigeritis in-
quiens Chriſtos meos,
& in prophetas meos
uidete ne litis iniurij.
16 Et quum aduocaſſet

*ſtuiſſet, & confre-*
*giſſet panis uniuer*
*ſam uim,*
17 *Mittebat ante*
*eos hominem, qui*
*in ſeruum erat ue-*
*nũdatus, Ioſephũ:*
18 *Cuius pedes pedi*
*cis adfligebãt, fer-*
*rum penetrabat*
*mentem eius,*
19 *Conſilio Domini*
*probabatur uſque*
*dum tempus, quod*
*ille conſtituerat,*
*ueniret.*
20 *Tum mittebat*
*rex, & ſolui iube-*
*bat eum: princeps*

famem in terrã illam,
in qua peregrinabatur
& omne illud, quod
ad panẽ conficiendum
conducere ſolet, perdi-
diſſet,
17 Tum præmiſit ante
eos uirũ, ſeruituti man
cipatus fuit Ioſeph, &
uenditus ab eiſdem il-
lis, in quorũ gratiam à
dño præmittebatur,
18 Conſtrinxerunt com
pede pedem eius, ferro
afflicta fuit uita illius,
19 Vſque ad tempus,
quo id euenit, quod
decretũ illi à Deo fue-
rat, ſermo uidelicet il-
le, quem ſuggeſsit illi
Dominus, qui & libe-
rauit illum, & à ſqual-
lore carceris purgatũ
reddidit illum.
20 Miſit rex, & ſolui
iuſsit illum: is qui impe
rium habebat in popu
los plurimos, rationem

populorũ liberari
mandabat eum.
21 Dominũ cõſtituẽ
bat eũ domus ſuæ,
& herum omnium
rerum ſuarum.
22 Vt erudiret prin
cipes eius pro ſuo
magiſterio, & ſe=
natores eius prudẽ
tia imbueret.
23 Tandẽ & Iſraël
in Aegyptũ uenit,
& Iaacob aduena
fuit in terra Ham:
24 Et ſoboleſcere
faciebat populum
ſuum: adeò, ut iam
ſuperior fieret aduerſarijs ſuis.

habuit illius, qui in car
cerem cõiectus fuerat,
& liberari iuſsit eũ. ſo-
lutis, qbus detinebat,
uinculis ferreis.
21 Statuit illũ dominũ
regiæ domus ſuæ, &
imperium dedit illi in
omnia, quæ poſside-
bat ipſe.
22 Liberũ fecit illi etiam
principes regni cõijce-
re in uincula, & multo
ſeniores, ſapiẽtiã diſce
re uoluit ab illo, & ce-
dere in omnibus illi.
23 Et ingreſſus eſt in Ae
gyptum Iſrael, & Ia-
cob peregrinus fuit in
terra Cham.
24 Et auxit ibi dñs po-
pulum ſuum uehemen
ter, multitudine & uiri
bus fortiorem fecit ijs
qui ſeruitute preme-
bant illum.

25 *Mutato deĩde cor*
*de Aegyptij, odio*
*perſequebãtur po*
*pulũ eius: & ſeruis*
*eius inſidiabãtur.*
26 *Mittebat ergò*
*Moſen ſeruũ ſuũ,*
*& Aaronem ele-*
*ctum ſuum.*
27 *Poteſtatẽ ſigno-*
*rum ſuorum dabat*
*eis, ac miraculorũ*
*in terra Ham per-*
*ficiendorum.*
28 *Mittebat tene-*
*bras, & atra nocte implebat omnia, nõ*
*enim detrectabant iuſſum eius.*
29 *Vertebat aquas eorum in ſanguinem,*
*& piſces eorum occidebat.*

25 Immutauit animos
illorum, ut odio pro-
ſequerentur populum
ſuum, & dolos medi-
tarentur aduerſus ſer-
uos ſuos.
26 Quare miſit Moſen
ſeruum ſuum, Aaron
ipſum quem elegit.
27 Hi ædiderunt inter
illos, præſcriptis ab
ipſo uerbis, ſigna, quæ
iuſſerat ipſe, & porten-
ta in terra Cham.
28 Immiſit tenebras, &
caligine inuoluit om-
nia: bona eñi fide exe-
cuti ſunt abſq; ulla re
bellione, quicquid ab
ipſo Deo iniunctum
fuerat illis.
29 Mutauit aquas eorũ

30 *Scaturiebat tel=*
*lus eorum ranas,*
*imò regum quoq;*
*penetralia.*
31 *Iubebat, & pro*
*dibant omnis gene*
*ris muſcæ, & cy=*
*nomyiæ in cunctis*
*finibus eorum.*
32 *Dabat eis pro*
*imbre grandinem,*
*& ignis flammas*
*in terrā ipſorum,*
33 *Quibus percu=*
*tiebat uites & fi=*
*cus eorum, & ar=*
*bores per fines eorum corrumpebat.*
34 *Iubebat, & aderant locuſtæ ac bruchi*
*ſupra numerum.*

in ſanguinem, & occi-
dit piſces illorum.
30 Produxit terra illo-
rum ranas, in ipſis pe-
netralibus regū illorū.
31 Iuſsit, & ſubitò pro-
dijt omnis generis ma-
xima muſcarum co-
pia, & ſcynifices extite
runt de improuiſo in
uniuerſis terminis re-
gni illorum.
32 Immiſit illis pro plu-
uia grandinem, ignem
flamma undiq; coru-
ſcantem in terram illo
rum.
33 Et percuſsit uineam
& ficum illorū, & con-
fregit quicquid fuit uſ-
quam arborum in fini
bus illorum.
34 Iuſsit, & continuò
extitit locuſtarū maxi-

35 *Et exedebant*
*omne quod uireſce*
*ret in terra ipſo=*
*rum, omnẽ fructũ*
*telluris ipſorum.*
36 *Percutiebat &*
*omne primogenitũ*
*in terra ipſorum,*
*& prima quæq; de*
*rebus eorum.*
37 *Deinde educebat*
*eos cum argento*
*& auro, nec erat*
*in cunctis tribubus*
*eorum languidus.*
38 *Lætabatur Aegy*
*ptus de profectiõe*
*eorũ:inciderat enĩ pauor ipſorũ in eos.*
39 *Hîc extendebat dñs nubẽ ut eſſet ope=*

ma copia, & brucho-
rũ innumerabilis mul-
titudo.
35 Hæc uaſtauerũt quic
quid uirebat uſquam
in terris illorum, & uo
rauerũt fructũ omnẽ,
quem terra producere
cœperat illis.
36 Percuſsit præterea
omne primogenitum
in terris illorum, præ-
cipua omniũ laborũ,
propter quæ in agris
colendis ſudauerant.
37 Verùm eduxit il-
linc ſuos onuſtos argẽ
to & auro, nec erat in
tribubus illorum quiſ-
quam infirmus.
38 Gaudebat Aegyptus
in abitu illorũ, ꝓpter-
ea quòd uehemẽter me
tuebat ſibi ab illis.
39 Expandit nubẽ quæ

*rimentũ, & ignem*
*qui noctu luceret.*
40 *Quum peterent*
*ingruebant cotur-*
*nices, & pane cœ-*
*litus demiſſo ſatu-*
*rabat eos.*
41 *Adperiebat pe-*
*trã, & profluebãt*
*aquæ, ut iam in ari*
*do loco inueherẽt*
*flumina.*
42 Hæc autem omnia
iſta cauſa, *quòd me-*
*mor eſſet ſacroſan*
*ctæ promiſsiõis ſuæ*
*quam Abraham ſeruo ſuo fecerat.*
43 *Eduxit ergò populum ſuum cum læ-*
*titia, & electos ſuos cum exultatione:*

eſſet illis inſtar umbra
culi per diem: & ignem
incẽdit, qui lumine ſuo
pelleret tenebras per
noctem.
40 Poſtulauerunt, & in-
duxit coturnicum ma-
ximã uim, & pane, cõ-
tra naturã in aere na-
to, ad ſaturitatem uſque
impleuit illos.
41 Aperuit arentem pe
trã, & maxima copia
effluxerũt aquæ, & la
bebantur inſtar flumi-
num per loca arentia.
42 Memor enim fuit
eius, quod promiſerat
per ſanctitatem ſuam
Abrahæ ſeruo ſuo.
43 Quare eduxit po-
pulum ſuum cum gau-
dio, & cum exultatio-

44 *Et tradidit eis*
*prouincias gentiū,*
*& quæ populi la=*
*bore ſuo coluiſſēt,*
*poſſederunt:*
45 *Vt ſeruarent iu=*
*ſta eius, & legem*
*ipſius cuſtodirent.*
הללויה

PSAL. CVI.

1 *GRatias agite*
*dño, quoniã*
*in perpetuum beni*
*gnus & mitis eſt.*
2 *Quis dignè diſſe*
*rat de fortibus fa=*
*ctis eius, & prædi=*
*cet oēm laudē eius?*
3 *O` beatos qui ſer*

ne electos ſuos.
44 Et dedit illis terram
gētium, & labores po-
pulorum ipſi poſſede-
runt.
45 Nec aliud pro omni-
bus his ab illis require
bat, quàm ut parerent
ſtatutis ipſius, & legem
ab ipſo latam non uio
larent. Halleluia.

CVI.

1 CElebrate domi- Confite-
num, quia beni- mini dño
gnus eſt, nec ul- qm̃ bon.
lo tempore finē capiet
miſericordia illius.
2 Quis eloqui pote-
rit potentiam domini,
aut cōmemorare aliis,
quàm uere ſit omni-
moda laude digniſſi-
mus?
3 Felices ſunt illi, qui
ſeruant æquitatem à
Deo præſcriptam: &

*uata æquitate, qđ'*
*iuſtum eſt faciunt*
*omni tempore.*
4 *Memẽto noſtri*
*Domine per gra=*
*tiã, qua proſeque=*
*ris populũ tuum,*
*& uiſita nos cum*
*ſalute tua.*
5 *Vt bonitatem*
*tuam uideãt electi*
*tui, ut gentes tuæ*
*lætentur, & plau=*
*dat populus tuus*
*ille peculiaris.*
6 *Deliquimus cum*
*patribus noſtris,*
*peccauimus ac ſceleratè egimus.*
7 *Patres noſtri mox in Aegypto non*

quiſquis ex eo præſcri
pto iuſtitiæ facit, quæ
facit omni tempore.
4 Recordare quęſo mei
Domine cum eo fauo
re, quo proſequi ſoles
populum tuum: inuiſe
me, & diuinæ ſalutis
tuę participem fac me.
5 Vt uideam & frui li
ceat bono, quo li fruũ
tur, quos elegiſti tibi,
ut gaudeam quomodo
gẽtes, quæ charæ ſunt
tibi, gaudere ſolent: ut
oblectem te unà cum
populo, quem tibi ue-
luti hæreditario iure
conquiſiuiſti.
6 Peccauimus & nos
omnes, & patres no-
ſtri, multa iniquè geſſi-
mus, nec ab ipſa impie
tate abſtinuimus.
7 Patres noſtri in Ae-

ponderabãt mirifi
ca geſta tua, nõ re
putabãt in dño ma=
gnitudinẽ bonita=
tis tuæ, ſed rebella
bãt ad mare rubrũ
8 Dominus autem
ſaluabat eos pro=
pter nomen ſuum,
ut cõmendaret for
titudinem ſuam.
9 Protinus enĩ ob=
iurgatum mare ru
brum inareſcebat,
ille autem traduce
bat eos per abyſ=
ſum tanquam per
deſertum.
10 Et liberabat eos de manu oſorum, &

gypto non prudenter
expenderunt illa ſtu-
penda, quæ pro illis
deſignaueras ipſe: non
diu memores fuerunt
omnimodæ, quam to-
ties experti fuerãt, cle-
mẽtiæ tuæ, ſed rebella-
uerũt potius iuxta ma
re, et ĩ ipſo mari rubro
8 Ipſe tamen ſeruauit
eos habita magis ratio
ne auguſtiſsimi nomi-
nis ſui, quàm eorum,
qui ſalute indigni erãt
ut doceret re ipſa om-
nipotentiam ſuam.
9 Comminatus eſt ma-
ri rubro, & continuò
exaruit: & perduxit
eos per profundiſsi-
mas aquas tanquam
per deſertum.
10 Et liberauit eos à ty
rãnide eius, q̃ illos odio
habebat, & redemit

*de hoſtili manu ad*
*ſerebat.*
11 *Aquæ uerò ho=*
*ſtes eorum obrue=*
*bant, ut ne unus*
*fieret reliquus.*
12 *Tum quidē ha=*
*bebant fidem uer=*
*bis eius, & canebāt*
*gloriam illius.*
13 *Sed ſubitò obliti*
*erāt operum eius,*
*neq; expectabant*
*eius conſilia.*
14 *Et ꝑcaci cōcupi=*
*ſcētia offendebāt ī*
*deſerto, & in ſolitudine Deū irritabāt.*
15 *Ille uerò dabat eis deſideriū eorū, &*
*ablegabat penuriā, cuius illos tantopere*

eos à uiolētia inimici.
11 Et cooperuerūt aquę
hoſtes illorum, ut ne
unus quidem ex omni
bus reliquus fuerit.
12 Tunc quidem crede
bant uerbis illius, & cā
tabant laudes illius.
13 Verùm non diu per-
ſtiterūt in fide, ſed pau
lopòſt mutati ſunt, &
in obliuionē uenerunt
ipſis opera illius, non
expectauerunt conſi-
lium illius.
14 Concupiſcentia ex-
arſerunt in deſerto, &
periculum facere cona
ti ſunt, an uerè potens
Deus eſſet in ipſa ſoli-
tudine.
15 Ipſe certè tribuit illis
quod petiuerant, ſed
magno ipſorum malo:

*pertæſum erat.*
16 *Tũ Moſen quoque in caſtris æmulabantur, & Aharonem ſanctũ dñi.*
17 *Sed hians tellus deglutiebat Dathan, & eccleſiam Abiram operiebat.*
18 *Incẽſo prius igne in cœtu eorum, & impiorum magna pte flãma exuſtis.*
19 *Fecerãt & uitulũ in Horeb, et adorauerãt ſculptile.*
20 *Et prodiderant gloriam ſuam imagine uituli fœnum comedentis.*
21 *Obliti Dei ſaluatoris ſui, qui magni-*

morte enim mulctauit gulam illorum.
16 Et exacerbauerunt Moſen ĩ caſtris, ipſum Aaron cõſecratũ dño.
17 Aperta eſt terra & abſorpſit Datan, & cooperuit eos, qui conſpirauerãt cũ Abiran.
18 Subitò exarſit ignis in cœtu illorum, flãma exuſsit impios.
19 Fecerunt ſibi uitulum in Horeb, & proſtrauerunt ſe ſupplices ante ſtatuã, quam ipſi conflauerant.
20 Et mutauerunt diuinam maieſtatem, quæ gloria illorum fuerat, in ſimulacrum bouis uictitantis fœno.
21 Obliti ſunt Dei, qui ſeruator ipſorum erat

*fica in Aegypto ſe*
*cerat.*
22 *Admirãda in ter*
*ra Ham, formidabi=*
*lia in mari rubro.*
23 *Statuebat ergò*
*Dominus perdere*
*illos, ni Moſes ele*
*ctus eius in ipſo ꝓ=*
*cinctu obſtitiſſet in*
*conſpectu eius, & *
*ſuſtinuiſſet furorẽ*
*eius, quo minus per*
*deret ipſos.*
24 *Quin & cupi=*
*tam terrã aliquan=*
*do aſpernabantur,*
*ita ut non crederent uerbis eius.*
25 *Sed tumultuarẽtur in tabernaculis ſuis,*

& qui deſignauit ma-
gna in gratiam ipſorũ
inter Aegyptios.
22 Stupenda in terra
Cham, admiratione di
gniſſima iuxta mare
rubrum.
23 Quare dixerat ſe ſun
ditus ſubuerſurũ eos,
& feciſſet, ni Moſes
uir illi chariſſimus ob-
ſtitiſſet in media uaſta-
tione, & placaſſet iram
illius, feciſſetq́ ne per-
deret illos.
24 Nihil his omnibus fa
cti meliores, ſpreuerũt
terram deſiderabilem:
nec enim crediderunt
uerbis illius, quibus
promiſerat daturũ ſe
illam.
25 Murmurauerũt enĩ
in tentorijs ſuis, nec
obediuerunt præcepto

*neq; morem gere=*
*rent imperio Dñi.*
26 *Stringebat igi=*
*tur manum ſuã in*
*eos, ut ſterneret*
*eos in deſerto.*
27 *Vt diſsiparet ſe*
*men eorum in gen*
*tes, & in nationes*
*diſpergeret eos.*
28 *Quin & Baal=*
*peor initiabantur,*
*& edebant ſacrifi*
*cia mortuis oblata:*
29 *Et cœptis ſuis of*
*fendebãt: irruebat*
*ergò in eos peſtis.*
30 *At Pinhas protinus uindex aderat, & peſtis remittebat.*

Domini.
26 Quare tanquam gra
uiter percuſſurus extu-
lerat in altũ manus ſu-
as cõtra illos, ut ꝓſter-
neret illos in deſerto.
27 Vt & poſteros illorũ
corruere faceret inter
impias gẽtes, & diſper-
geret eos per regiones
uarias.
28 Et ſubdiderunt ſeſe
iugo Baal Phegor, &
comederunt ſacrificia
oblata in ueneratione
mortuorum & nihili
deorum.
29 Quibus rebus ad irã
prouocauerũt eum, &
ſæuijt in illos peſtis.
30 Extitit autem Phi-
*& ſeruem eam in*
*toto corde meo.*
3 *Duc me in ſemita*
*mandatorum tuo=*
*rum, ea enim mihi*
*placet.*
4 *Inclina cor meũ*
*ad conteſtationes*
*tuas, & non ad a=*
*uaritiam.*
5 *Transfer oculos*
*meos ne uanitatem*
*aſpiciant, & uia*
*tua uiuifica me.*
6 *Præfige autem ſeruo tuo uerba tua,*

uandam quoad uixe-
ro accommodem me.
2 Eam prudentiam tri-
bue mihi, ut intelligã,
atq; ita præſtem, quæ
præſcribit lex tua, &
obſeruem toto pecto-
re, ne quid faciam con-
trà.
3 Deduc me ſecundũ
genuinam ſententiam
mandatorum tuorum:
hoc enim ſemper opta
ui maximè.
4 Inclina cor meum in
amorem præceptionũ
tuarum, & ab auari-
tia quàm alieniſsimum
effice me.
5 Auerte oculos meos
ne capiantur amore re
rum uaniſsimarum: quin
potius tuis admonitio
nibus ad uitam perduc
me.
6 Propone ſeruo tuo
eum ſermonẽ, qui ma-

*quæ ipſum timoris*
*tui admoneant.*
7 *Tolle obprobriū*
*meū quod timeo,*
*ſuauia enim ſunt iu*
*diciatua.*
8 *Et mandata tua*
*diligo, iuſtitia tua*
*ſuſtine me.*

ו

1 *Obueniet mihi*
*benignitas tua Do*
*mine, deinde & ſa*
*lus tua iuxta uer=*
*bum tuum:*
2 *Vt reſpondeam*
*obprobrantis uer=*
*bo, qui uerbo tuo fidem habeo.*
3 . *Ne recedat de ore meo uerbum ue=*

Et ueniat ſuper me miſericordia.

ximè inuitat ad uene-
rationem tui.
7 Aufer infamiam, à
qua metui mihi: iudi-
cia enim tua clemen-
tiæ admixtum habent
plurimum.
8 Ego certè amaui man
data tua, quare ꝓ tua
æquitate in uita con-
ſerua me.

ו Vau.

1 Contingat mihi, ut
particeps fiam omni-
modę benignitatis tuę
Domine, & ſalutis,
quam promittunt uer-
ba tua.
2 Vt habeam quod re-
ſpondeā ei, qui expro-
brat mihi, quòd dicere
ſoleam fidere me pro-
miſsioni tuæ.
3 Quare ne unquam
ſinas quæſo irritū fieri

*ritatis ulla ratione,*
*quoniam in iudicia*
*tua ſpero:*
4 *Sed cuſtodiam le*
*gem tuam in per=*
*petuū, per omnia*
*ſecula, & ſi quid*
*ultrà eſt.*
5 *Ambulem in ſe=*
*curitate, quia man*
*data tua quæro.*
6 *Diſſeram ſuper*
*cōteſtatiōibus tuis*
*coram regibus, &*
*non pudefiam.*
7 *Delecter in præ=*
*ceptis tuis quæ di=*
*ligo.*
8 *Tollā manus meas ad amata mihi præce*

hoc, quod ſæpe dixi, &
uerè: iudicia enim tua
expectaui, quibus pa-
làm fiet mea ne, an ad
uerſariorum cauſa ſit
melior.
4 Vt obſeruem legem
tuam aſsiduè, longo tē
pore, imò ſemper.
5 Et ut ambulare que-
am ſine offendiculo ꝑ
loca ſpatioſa: manda-
torum enim tuorum
ſtudioſus inueſtigator
fui.
6 Quare & loqui au-
debo de tuis conſtitu-
tionibus in conſpectu
regum conſtanter, &
ſine ullo pudore.
7 Et oblectabo me mā
datis tuis, quæ ſemper
amaui.
8 Tollam in altum ma
nus meas, ut opera
præſtem, quæ præſcri-
būt pręcepta tua, quæ

*pta tua, & mediter*
*in mandatis tuis.*

ז

1 *Memora uerbũ*
*tuum ſeruo tuo, ut*
*ſpem meã fulcias.*

Memor eſto uerbi tui.

2 *Hoc enim ſolatur*
*me in adflictione*
*mea, & eloquium*
*tuum uiuificat me.*
3 *Cõtemnũt me ſu*
*perbi uehementer,*
*ſed à lege tua ne*
*declinem.*
4 *Repeto mecum*
*ſempiterna iudicia*
*tua domine, & ſo*
*latium inuenio.*
5 *Totus horreo ſce*

amaui, et ore loquar de
æqſsimis legibus tuis.
ז Zain.
1 Memor eſto eius,
quod promiſiſti ſeruo
tuo, quo & ſpem ma-
gnam concipere iuſsi-
ſti me.
2 Hæc promiſsio con-
ſolata eſt me tempore
afflictionis meæ: uer-
bum enim hoc tuum
effecit, ne mœſtitia ex-
tinguerer, ſed in uita
continerer.
3 Superbi inſultauerũt
mihi miris modis: ego
uerò lege tua conſola-
tus ſum me, nec aliò
quàm ad eam confugi.
4 In memoriã reuoca-
ui, quanta æquitate &
iudicio olim tractaue-
ris patres noſtros Do-
mine, quæ res pluri-
mum attulit conſola-
tionis mihi.
5 Horror inuaſit me

*leratos iſtos, q̃ de-*
*ſerunt legẽ tuam.*
6 *Iuſta tua carmen*
*mihi ſunt, dum hîc*
*hoſpes ſum.*
7 *Nominis tui dñe*
*per noctẽ mentio-*
*nẽ habeo, ut custo*
*diam legem tuam.*
8 *Id mihi quæſo cõ-*
*tingat, ut præcepta*
*tua ſeruem.*

ח

1 *Sors mea dñe, in*
*hoc ſum, ut cuſto-*
*diam uerba tua.*
2 *Vultum tuũ de-*
*precor ex toto cor*
*de, ut miſerearis*

quoties perpendi ſcele-
ratum & periculoſum
impiorum uitæ genus,
quod uiderem cõtem-
nere eos doctrinã tuã.
6 Pro carminibus fue-
rũt mihi præceptiones
tuæ, quocunq; loco fu
iſſem tempore exilij
mei.
7 Memor fui media
nocte nominis tui Do-
mine, ut ſeruarem do-
ctrinam tuam.
8 Hoc mihi ſummope-
re fuit curæ, ut manda
ta tua ſeruarem.

ח Het.

1 Portio mea es tu do mine: quare ſtatui ſer- uare, quæ mãdata ſunt uerbis tuis. Portio mea do mine.
2 Ambiui toto pecto-
re fauorem tuum erga
me: miſereat te quæſo
mei iuxta uerbũ tuũ,
quo promiſiſti adfutu-
rum te mihi.

*mei iuxta ſermonẽ*
*tuum.*
3 *Conſiderem uias*
*meas, & referam*
*pedes meos ad con*
*teſtationes tuas.*
4 *Incũctanter pro*
*perem ad cuſtodiẽ*
*dum mandata tua.*
5 *Vincula ſcele=*
*ratorum ſi me ca=*
*ptiuum teneant, le*
*gis tamen tuæ ne*
*obliuiſcar.*
6 *Concubia nocte*
*ſurgo, ad laudan=*
*dum te propter iuſta iudicia tua.*
7 *Socius ſum omnium timentium te, &*
*cuſtodientium præcepta tua.*

3 Recenſui uias meas,
totam uidelicet uitam
meam, & reuocaui pe
des meos in uiam re-
ctam, & ad ea, quæ
præſcripta mihi ſunt
abs te.
4 Feſtinaui abſq; dila-
tione cuſtodire manda
ta tua.
5 Studijs nocendi uelu-
ti uinculis ſcelerati ho-
mines tantum non illa
queauerunt me: ego ue
rò qualiacunq; eſſent
pericula, doctrinæ tuæ
non ſum oblitus.
6 Media nocte ſurgam
ut gratias agam tibi
pro æquiſsimis iudicijs
tuis.
7 Socius ſum ego &
amicus omniũ illorum
qui uenerantur te: &

8 O Domine, cuius bonitate uniuerſa terra redundat, doce me mãdata tua.

ט

1 Benefacito Domine ſeruo tuo iuxta uerbum tuum.

2 Bonum, diſciplinam, & ſcientiam doce me, quoniam præceptis tuis fidem habeo.

3 Priuſquam adfligerer delinquebã, nunc autẽ eloquiũ tuum cuſtodiam.

4 Natura bonus es, per eam ergò bonitatem doce me mandata tua.

qui ſeruant mandata tua.

8 Benignitate tua dñe plena eſt terra: quare præcepta tua doce me.

ט Thet.

1 Bene egiſti cum ſeruo tuo Domine, & iuxta promiſſa tua. Bonitatẽ feciſti cũ ſeruo.

2 Vtilitatem quæ eſt in cognitione legis tuæ doce me: mandatis eñ tuis maximam ineſſe uim firmiſsime credidi.

3 Priuſquam diligenter auſcultarẽ ad mandata tua, ſæpe aberraui: nunc autem attentior factus, uerbis tuis parebo.

4 Benignus es tu, doce quæſo me intelligentiam mandatorum tuorum.

5 *Offerunt mihi*
*quidē ſuperbi men*
*dacium, ego autē*
*toto corde ſeruabo*
*præcepta tua.*
6 *Craſſum eſt ue=*
*lut adeps cor eo=*
*rū, ego tamen legē*
*tuam meditabor.*
7 *Euge mihi qđ ad*
*flictus ſū, quò man*
*data tua didicerim.*
8 *Dulcior eſt mihi*
*lex oris tui, quàm*
*infinitus modus au*
*ri uel argenti.*

Manus tuæ fece-
runt me.

*י*

5 Excogitauerunt ad-
uerſum me mendaciū
ſuperbi, uerùm ego to
to pectore incumbebā
in hoc, ut ſeruarē man-
ta tua.
6 Impinguatum eſt, &
ſtupore ueluti à ruina
obductum cor illorū,
ego uerò doctrina tua
oblectatus ſum.
7 Vtile fuit quod re-
bus aduerſis nonnihil
afflictus fuerim: hoc
enim in cauſa fuit, ut
ſtudioſus diſcere cupe-
rem mandata tua.
8 Gratior eſt mihi do-
ctrina oris tui, quàm
uel auri uel argenti pō
do mille.

י Iod.

1 Manus tuæ fecerūt
me, & maximo arti-
ficio abſoluerunt: da

1 *Manus tuæ fecerunt & parauerunt*
*me, da mihi intelligentiam ut diſcam*

*præcepta tua.*
2 *Vt cum uideant*
*me, qui te timent,*
*lætentur, quòd uer*
*bo tuo fidam.*
3 *Equidē ſcio Dn̄e*
*quòd iuſta ſunt iu=*
*dicia tua, nam ex*
*fide adiuuas me.*
4 *Bonitate igitur*
*tua conſolare me,*
*iuxta ſermonē ſer=*
*uo tuo factum.*
5 *Occurrant mihi*
*clementiæ tuæ ut*
*uiuā, lex enim tua*
*meditatio mea eſt.*
6 *Confundantur ſuperbi qui mendaci=*
*ter mecum agunt, ego autem præcepta*

quæſo eam mihi men-
tem, ut diſcere poſsim
intelligentiam manda
torum tuorum.
2 Tunc enim cultores
tui uidebūt me & gau
debunt, quòd in pro-
miſsionibus tuis poſue
rim ſpem meam.
3 Noui domine quòd
iuſtiſsima æquitas ſint
iudicia tua, & meritò
afflixeris me.
4 Verùm ſit quæſo
tandem malorū ſatis,
& pro tua benignita-
te cōſolare me: id enim
promiſiſti ſeruo tuo
uerbis tuis.
5 Adueniant miſericor
diæ tuę, ut reuiuiſcam:
doctrina enim tua ue-
hementer oblectat me.
6 Infames fiant ſuper-
bi, qui ſine cauſa uexa

*tua mediter.*
7 *In gratiam au=*
*tem redeant mecũ,*
*qui te timẽt, quiq;*
*nouerunt conteſta*
*tiones tuas.*
8 *Sit cor meum in=*
*tegrum in præce=*
*ptis tuis, ut ego nõ*
*pudeſiam.*

ב

1 *Deperit aĩa mea*
*ſalutem tuam, uer=*
*bo enim tuo fido.*

Defecit i ſalutari tuo aĩa.

2 *Depereũt oculi*
*mei ſermonem tu=*
*um dicendo; quã=*
*do conſolaris me?*
3 *Sum enim ſicut uter in incendio, præ=*

uerunt me: ego interim
exercebo me in man-
datis tuis.
7 Cõueniant apud me,
qui reuerenter colunt
te, & qui nouerũt ad-
monitiones tuas.
8 Fiat animus meus
purus mandatis tuis, ut
nunquam pudore ſuf-
fundar.

ב Caplı.

1 Vix amplius eſt a-
pud ſe præ deſiderio
ſalutis, quam expectat
anima mea abs te: pro
miſſis tamen tuis non
diffidam.
2 Anxiè cupiuerũt ocu
li mei uidere quod pro
miſiſti: quoties dicebã,
quando tandem con-
ſolaberis me?
3 Quamuis ſimilis eſſet
cutis mea utri fumo in
rugas contracto, man-
datorum tamen tuorũ

*cepta uerò tua non*
*obliuiſcor.*
4 *Quot ſunt dies*
*ſerui tui? quãdo ul=*
*tionẽ capies de per*
*ſecutoribus meis?*
5 *Superbi enim, qui*
*ſecundũ legẽ tuam*
*non ambulãt, fode=*
*runt mihi foueam.*
6 *Omnia præcepta*
*tua uera ſunt &*
*fidelia. Mendaces*
*perſequuntur me,*
*adiuua me.*

non fui oblitus.
4 Quot adhuc reliqui
ſunt dies ſeruo tuo:
quãdo tandem de his,
qui perſequuntur me,
ſupplicium ſumes?
5 Foderũt in perniciem
meam foueas ſuperbi:
uerùm id nõ docuerat
eos doctrina tua.
6 Vniuerſa mãdata tua
fidei pleniſſima ſunt:
quare, quum ſine cau-
ſa perſequãtur me, au-
xilio ſis mihi tu.
7 Tantum nõ proſtra
uerunt me in terram,
ego tamen nõ deſerui
præcepta tua.
8 Pro benignitate tua
in uita conſerua me, ut
cuſtodire poſſim doctri
nam oris tui.

7 *Fermè funditus perdiderunt me in ter*
*ra, attamen præcepta tua non deſero.*
8 *Pro bonitate tua uiuifica me, ut ſeruem*
*conteſtationem oris tui.*

ל

Inæternum domine.

1 *Verbum tuũ domine cum cœlis in perpetuum cõſtat.*
2 *Veritas quoque tua per omnem poſteritatem, perinde ac tellus abs te condita, durabit.*
3 *Iuxta ordinationem tuam conſtant inæternum, nam omnia ſeruiunt tibi.*
4 *Niſi lex tuum ſolatiũ meũ eſſet, iam in adflictione perijſſem.*
5 *Nunquam igitur obliuiſcar mandatorum tuorum, ipſis enim refocillas me.*

ל Lamed.

1 Perpetuò dñe quicquid unquã fieri uoluiſti, ſtabile erit in cœlis.
2 In generationem & generationem conſtantia tua in promiſſis durabit: ſtabilem eſſe uoluiſti terram, & ſtabilis erit.
3 Quibus modis unũquodque ſubſiſtere uoluiſti, uſque in hodiernum diem ſubſiſtit: omnia enim obediũt imperio tuo.
4 Niſi doctrina tua recreaſſet me, tum mœrore perijſſem, quum affligerer tam periculoſè.
5 Nũquam obliuiſcar mandatorum tuorum: per ea enim ſeruaſti uitam mihi.

6 *Tuus ſum, ſalua*
*me, quoniam præ=*
*cepta tua inquiro.*
7 *Inſidiantur mihi*
*ſcelerati ad perden*
*dum me, ſed conte*
*ſtationes tuas me=*
*cum reputo.*
8 *Omnia quæ facta*
*ſunt, finem habitu*
*ra uideo, ſed præ=*
*ceptum tuũ omnẽ*
*finem excedet.*

מ

1 *Vt legem tuam*
*amo? quæ unica co*
*gitatio mea eſt omni tempore.*
2 *Mandatum tuũ prudentiorẽ fecit me*
*hoſtibus meis, ſemper enim mecum eſt.*

6 Tuus per omnia ſum
ego, ſerua me: mãdata
ẽm tua ſcrutatus ſum.
7 Expectantes obſer-
uauerunt impij me ut
perderent, ſed ex con-
ſtitutionibus tuis intel
ligam, quid facere con
trà oporteret me.
8 Nihil tam abſolutũ,
cuius non uiderim in-
teritum, præter latiſſi-
mè ſe extendens man-
datum tuum.

מ Mem.

1 Quàm amaui legem Quomodo dilexi legẽ tuã dñe.
tuam: toto die ipſa fuit
occupatio mea.
2 Inimicis meis pru-
dentiorem feciſti me
mandatis tuis, nec un-
quam ſinam me auel-
li ab illis.

3 *Supra oẽs præ=*
*ceptores meos cau*
*tus factus ſum, q̃a*
*conteſtationes tuæ*
*cogitatio mea ſunt.*
4 *Supra ſenatores*
*intelligens ſum,*
*quia mandata tua*
*obſeruo.*
5 *Ab omni uia ma*
*la reuoco pedes*
*meos, ut cuſtodiã*
*uerba tua.*
6 *À iudicijs tuis*
*nõ recedo, tu enim*
*dux meus es.*
7 *Quàm dulcia ſunt faucibus meis elo=*
*quia tua: ſupra mel ſunt ori meo.*
8 *Præceptorum tuorum intellectum ha*

3 Vniuerſis, qui me do
cere conati ſunt, pru-
dentior euaſi, idq; pro
pter iugem conſtitutio
num tuarum medita-
tionem.
4 Ipſos ſenes prudẽtia
ſuperaui, quòd manda
ta tua cuſtodirem.
5 Ab omni ſemita ma
la auerte pedes meos,
ut cuſtodire cõmodius
poſſim uerba tua.
6 A iudicijs tuis non
receſſi: tu enim docue-
ras me.
7 Quàm fuerũt ſuauia
palato meo uerba tua:
certè magis quàm ori
mel ullum eſſe poſſit.
8 Præceptis tuis pru-
dens fiã: quare & odio

beo, hinc odio pro
ſequor omne iter
mendacij. נ
1 Verbum tuum lu
cerna eſt pedibus
meis, et lumē greſ=
ſui meo.
2 Iuraui & conſti
tui ſeruare iuſta iu=
dicia tua.
3 Adflictus ſum ex
tra modū, tu uerò
dñe repara me iu=
xta uerbum tuum.
4 Promptitudo oris
mei, ſic oro tibi do
mine placeat, ut iudicia tua me doceas.
5 Anima mea iugiter me admonet, ut le=
gis tuæ ne obliuiſcar.

proſequar omnem ſe-
mitam mendacij.

נ Nun.

1 Inſtar lucernæ fac- Lucerna
runt pedibus meis uer pedibus
ba tua, & ueluti lux iu meis.
xta ſemitam mihi.
2 Iuraui & perſiſtam
in propoſito ſeruandi,
quicquid æquiſſimo iu
dicio præcepiſti.
3 Afflictus ſum uehe-
mēter dñe, in uita con-
ſerua me ſicut pollici-
tus es uerbis tuis.
4 Pias has oblationes
oris mei gratãter quæ-
ſo accipe domine, et iu
dicia tua doce me.
5 Vitam meam uelu
ti in manu oīibus ex-
poſitam porto: doctri-
næ tamen tuę in malis

6 *Impij laqueum*
*ponunt mihi, ſed à*
*mandatis tuis non*
*aberro.*
7 *Hæreditas mea*
*ſunt cõteſtationes*
*tuæ in perpetuum,*
*ſunt & deliciæ cor*
*dis mei.*
8 *Propendit cor*
*meũ ad faciendum*
*præcepta tua ĩæter*
*nũ, non ſine cauſa.*

ס

1 *Iniquos odi, at*
*legem tuam amo.*
*Defenſor et pro=*
2 *pugnator meus eſto Domine, uerbo e=*
*nim tuo fido.*

Iniquos odio habui.

tam præſentibus non
ſum oblitus.
6 Expanderunt impij
rete in perniciem me-
am, à mandatis tamen
tuis ego non aberra-
ui.
7 Poſsidere conſtitui
conſtitutiones tuas to-
ta uita mea: oblecta-
tioni enim cordi meo
ſunt.
8 Accommodaui ani
mum meum ut opere
preſtem præcepta tua,
uſque in finem uitæ
meæ.

ס Samech.

1 Sceleratos odio ha-
bui: legem autẽ tuam
amaui.
2 Latibulum & ſcutũ
es mihi tu, quare in uer
bis tuis totã ſpem meã
collocaui.

3 *Recedite à me*
*mali, ut cuſtodiam*
*præcepta Dei mei.*
4 *Fulcias me ſer=*
*mone tuo ut uiuã,*
*et ne fruſtreris ex=*
*pectationem meã.*
5 *Suſtenta me ut*
*ſaluus ſim, & præ*
*cepta tua ſine inter*
*miſsione mediter.*
6 *Sed conculca uni*
*uerſos qui à man=*
*datis tuis aberrãt,*
*fallax enim eſt do=*
*lus ipſorum.*
7 *Tollis cũctos terræ impios uelut quiſ=*
8 *quilias, idcirco conteſtationes tuas amo.*
*Horret præ timore tuo caro mea,*

3 Recedite à me im-
probi, ne impedimen-
to ſitis mihi, mandata
Dei mei cuſtodire uo
lenti.
4 Conforta me uerbis
tuis ut uiuam, neq; fru
ſtreris me ſpe mea.
5 Suſtenta me & ſaluus
ero, & oblectabo me
mandatis tuis quoad
uixero.
6 Conculcaſti uniuer-
ſos, qui recedunt clàm
à mandatis tuis: pro-
pterea quòd ſubdola
eſt cogitatio illorum.
7 Veluti ſcoriam era-
ſiſti è reliquo hominũ
numero omẽs impios,
qui erant in terra, pro-
pterea amaui admoni-
tiones tuas.
8 Sic eraſiſti impios, ut

*& iudicia tua ſor=*
*mido.* ע

Feci iudiciũ & iuſtitiam.

1 *Quod æquũ &*
*inſtum eſt faciam,*
*ne dedas me calũ=*
*niatoribus meis.*
2 *Fidẽ iube ĩ bonũ*
*ꝓ ſeruo tuo, ne uim*
*faciãt mihi ſupbi.*
3 *Fatiſcunt oculi*
*mei ad ſalutem tu=*
*am, & ad iuſtum*
*eloquium tuum.*
4 *Age cũ ſeruo tuo*
*pro tua bonitate,*
*& mãdata tua do*
*ce me.*
5 *Seruus tuus ſum,*
*doce me ut ſciã cõ*

exhorruerit præ metu
caro mea, & à iudicijs
tuis, ſecundum quæ
de impijs ſupplicium
ſumpſiſti, exterritus
fuerim.

ע Ain.

1 Facere ſoles quod
iuſtum eſt & æquum,
quare non relinques
me tyrãnidi opprimen
tium me.
2 Inſtiga ſeruũ tuum
ad bonum, ne oppri-
mant me ſuperbi.
3 Oculi mei caligare
cœperunt, proſpectan-
tes diu, num alicunde
adueniret ſalus abs te,
uerbo iuſtitiæ tuæ ꝓ-
miſſa.
4 Fac cum ſeruo tuo
ſecundum benignitatẽ
tuam, ut mandata tua
doceas me.
5 Seruus tuus ego ſum,
quare eam mihi tribue
mentem, ut intelligere

teſtationem tuam.
6 Id ut facias Domine tempeſtiuum eſt, diſſiparūt enim legem tuam.
7 Quoniam amo præceptum tuum ſupra aurū & topazium.
8 Idcirco uniuerſa mādata tua recta ſequor, ab omni autem uia fallaci abhorreo. פ
1 Magnificæ ſunt cōteſtationes tuæ, quapropter obſeruat eas anima mea.
2 Adperta ſunt uerba tua, illumināt & intellectum dant paruulis.

queā ceremonias tuas.
6 Tēpus appetit, quo ſumpturus es ſupplicium domine de impijs: nihili enim fecerunt doctrinam tuam.
7 Quare amaui præcepta tua magis quàm aurum etiā purgatiſſimum.
8 Propterea mādata tua omnia iudicaui eſſe iuſtiſsima, et omne genus uitæ fucatum odio habui.

פ Phe.

1 Admiratione dignę ſunt ceremoniæ tuæ: quare obſeruauit eas anima mea. Mirabilia teſtimonia tua.
2 Initium uerborum tuorū lumen adferet, & docebit prudentiā imperitos.

3 *Præcepta tua nõ*
*aliter deſidero, q̃*
*cum anhelus ſpiri=*
*tum attraho.*
4 *Aſpice me &*
*propitius eſto mi=*
*hi, perinde atq; ijs*
*qui nomen tuũ di=*
*ligunt.*
5 *Greſſus meos di*
*rige ſecundum elo*
*quium tuũ, ut non*
*regnet in me ulla*
*impietas.*
6 *Libera me à ca*
*lumnijs hominũ, ut cuſtodiã leges tuas.*
7 *Vultum tuum exhibe ſeruo tuo, &*
*doce me mandata tua.*
8 *Oculi mei riuos aquarũ emanãt, pro=*

3 Ore meo ueluti hia
bã, ut aſſequerer pru-
dentiam: mandata e-
nim tua uehementer
amaui.
4 Reſpice me & mi-
ſerere mei, quomodo
miſereri ſoles eorum,
qui amantes ſunt no-
minis tui.
5 Fac tẽdãt oĩa ſtudia
mea in ṽba tua, & ne
ſinas in me dominari
ullam iniquitatem.
6 Libera me à calũ-
nia hoĩs, ut cuſtodire li
ceat mandata tua.
7 Fac clarè appareat
fauor uultus tui erga
ſeruum tuum.
8 Riui aquarum efflu
xerunt ex oculis meis,

*p̃terea ꝗ, legẽ tuã non cuſtodiunt.*

צ

1 *Iuſtus es Domine, & æqua ſunt iudicia tua.*

2 *Quæ tu mandas cõteſtationes iuſtæ & ueræ ſunt ſupra modum.*

3 *Enecat me zelus meus, ꝗ hoſtes mei obliuiſcuntur uerba tua.*

4 *Eloquium tuum uehementer inflammat, unde & ſeruus tuus diligit illud.*

5 *Ego & ſi paruus & cõtemptus ſum, præcepta tamen tua non obliuiſcor.*

6 *Iuſtitia tua iuſtitia ſempiterna eſt, &*

propterea quòd aliò me abduxerint, & nõ ſeruauerint legẽ tuã.

צ Tſade.

1 Iuſtus es domine, & rectum iudicium tuum. Iuſtus es domine.

2 Adeſſe uoluiſti iuſtitiam ſtatutis tuis, & ueritatem ualde.

3 Moleſtiſsimè tuli, ꝙ cõtempſerint uerba tua hoſtes mei.

4 Purus eſt per oĩa ſermo tuus ualde, quare ſeruus tuus amauit eũ.

5 Iuuenis ſum ego & contemptui illis, mandata tamen tua non ſum oblitus.

6 Iuſtitia tua iuſtitia

*lex tua uera.*
7 *Tribulatio & anguſtia cùm aſſe=*
*quuntur me, iam*
*promiſsiones tuæ*
*ſolantur me.*
8 *Conteſtationes*
*tuas ſempiternas*
*fac me intelligere,*
*ut uiuam.* ק
1 *Ex toto corde*
Clamaui in toto corde. *inuoco, exaudi me*
*Domine, ut mãda=*
*ta tua cuſtodiam.*
2 *Inuoco ut me ſal*
*ues, & ſeruẽ con=*
*teſtationes tuas.*
3 *Propero maturrimè & inuoco, uer=*
*bis enim tuis fido.*

perpetua, & lex tua
ſtabilis.
7 Quoties aduerſi ali
quid, & quod me pre-
meret, accidiſſet, man-
datis tuis conſolabar
me.
8 Iuſtitia comitabitur
præcepta tua perpe-
tuò, fac ut intelligam
hoc & uiuam.
ק *Coph.*
1 Imploraui auxilium
tuum toto pectore: au
di quæſo me domine,
ut poſsim implere mã-
data tua.
2 Clamaui ad te, ſer-
ua quæſo me, ut custo
diã ceremonias tuas.
3 Ante diluculum ui
gilaui, & clamaui,
quòd ſpes mihi omnis
eſſet in promiſsioni-
bus tuis.

4 *Maturant oculi mei ſub excubias ad meditandum in eloquijs tuis.*

5 *Vocem meam exaudi pro bonitate tua Dñe, quemadmodum ſoles, uiuifica me.*

6 *Appropinquant enim q̄ à lege tua ſunt alieni, & iniuria ꝑſequũtur me.*

7 *Adpropinqua et tu Domine, firmæ ſunt enim promiſsiones tuæ.*

8 *Ab ipſo exordio id noui de conteſtationibus tuis, quòd eas fundaſti ut ſint ſempiternæ.*

4 Anteuerterunt oculi mei uigilias nocturnas, ut exercerem me in uerbis tuis.

5 Vocem meã audi ꝓ benignitate tua, ſecundum iudicia tua uitam dona mihi domine.

6 Magno conatu egerunt qui perſequuntur me, ut ſcelerata deſignarent: quare à lege tua abſunt quàm remotiſsimè.

7 Propè ades tu domine, & omnia mandata tua æquitas.

8 Ab initio cognoui de admonitionibus tuis, quòd perpetuò ſtabiles eſſe uolueris eas.

ר

Vide humilitatē meam.

1 *Aſpice adfliĉtio=*
*nem meā, & eripe*
*me, legis enim tuæ*
*non obliuiſcor.*
2 *Suſcipe cauſam*
*meam, & adſere*
*me, & ſecundum*
*eloquium tuum ui*
*uifica me.*
3 *Longè abeſt à*
*ſceleratis ſalus, nā*
*legem tuam nō re=*
*quirunt.*
4 *Miſeratiōes tuæ*
*multæ ſunt dn̄e, p tuo more uiuifica me.*
5 *Quantumuis multi ſunt hoſtes &*
*perſecutores mei, à cōteſtationibus tuis*
*tamen non declino.*

ר Res.
1 Vide afflictionem
meam & libera me,
quia doctrinæ tuæ nō
ſum oblitus.
2 Patrocinium ſuſci-
pe cauſæ meæ, & redi
me me iuxta uerbum
tuum, ne ſinas uitam
adimi mihi.
3 Procul abeſt ab īpijs
ſalus, qa mandata tua
nō fuerūt curæ illis.
4 Infinitis modis mi
ſericors es domine, ſe-
cundum cōſtitutiones
tuas ęquiſsimas uitam
tribue mihi.
5 Multi ſunt qui per-
ſequūtur me, & hoſtes
mei numero ſunt plu-
rimi, à conſtitutioni-

6 Quū præuaricatores uideo, q̃ iuſſa tua nō cuſtodiunt, totus mœreo.

7 Vides quòd mādata tua exoſculor Domine, ꝓ tua ergò benignitate uiuifica me.

8 Ab æterno eſt uerax uerbū tuū, et in perpetuū uniuerſa iuſta iudicia tua. ש

1 Tyranni perſequūtur me inſontē, ſed uerba tua reueretur cor meum.

2 Ad eloquia tua perinde gaudeo, ac

bus tamen tuis nō declinaui.

6 Aſpiciebam præuaricatores, et inuaſit me horror propter amentiam illorū, quòd uiderē mandata tua non obſeruari ab illis.

7 Reſpice miſericorditer me, q̄a mādata tua amaui, domine ꝓ tua benignitate miſereatur mei.

8 Caput & ſumma uerborum tuorum ſtabilitas, perpetuò durabit æquiſsimum iudicium tuum.

ש Schin.

1 Potentes principes pſecuti ſunt me, quos non tantopere metui, quàm timui ex animo ne à uerbis tuis diſcederem. Principes perſecuti ſunt.

2 Plus capio uoluptatis ex uerbis tuis, q̄

*dum quis in diuitẽ*
*prædam incidit.*
3 *Mendaciũ odi et*
*abominor, ſed legẽ*
*tuam exoſculor.*
4 *Septies per diẽ*
*laudo te, propter*
*iuſta iudicia tua.*
5 *Pax multa eſt di*
*ligẽtibus legẽ tuã,*
*ſed ſcãdalũ nullũ.*
6 *Salutẽ tuã ſuſpi*
*cio Dñe, & præ=*
*cepta tua facio.*
7 *Obſeruat & a=*
*mat anima mea cõ*
*teſtationes tuas uehementer.*
8 *Cuſtodiam præcepta & conteſta=*
*tiones tuas, quoniam omnes uiæ meæ*

qui inuenit theſaurum
maximum.
3 Mendacium & ua
nitatẽ odio habui, &
execratus ſum: legem
uerò tuam amaui.
4 Septies per diẽ lau-
daui te, ꝓpter normas
uiuendi æquiſsimas præ-
ſcriptas à te.
5 Pax multiplex ama
toribus legis tuæ, nec
ullum ſentient offendi
culum.
6 Expectaui ſalutem
abs te Domine, & mã
data tua ſeruaui.
7 Cuſtodiuit anima
mea ceremonias tuas:
amat enim eas ualde.
8 Cuſtodiui manda-
ta tua & ceremonias
tuas: omnes enim uiæ

*coram te ſunt.*

1 ת

*Penetret ad te*
*domine deprecatio*
*mea,ut iuxta,ꝑmiſ*
*ſionẽ tuam intelle*
*ctum mihi dones.*
2 *Proueniat ad te*
*ſupplicatio mea,ut*
*iuxta promiſſionẽ*
*tuam liberes me.*
3 *Different labia*
*mea gloriã tuam,*
*cùm docueris me*
*præcepta tua.*
4 *Alternis canet lin*
*gua mea eloquium*

meæ notiſsimæ ſunt
tibi : nec ulla illarum
latet te.

ת Tau.

1 Admittatur clamor
meus in conſpectum
tuũ,imò ad aures uſq;
tuas : uerborũ tuorum
intelligentiam præbe
quæſo mihi.
2 Perueniat precatio
mea uſque in conſpe-
ctum tuum: &,quem-
admodum promittũt
uerba tua,è malis eri-
pe me.
3 Loquentũ labia mea
laudes tuas,ubi tu do-
cueris me mãdata tua.
4 Cãtabit lingua mea
uerba tua : omnia enĩ
iudicia tua ſunt æquiſ-
ſima.
5 Sit manus tua auxi
lio mihi:mãdata enim

Appropinquet deprecatio mea.

*tuũ,nam omnia mandata tua iuſta ſunt.*
5 *Adſit mihi auxilio manus tua,quoniã*

*præcepta tua elegi.*
6 *Deſyderio ſalu*
*tis tuæ domine affi*
*cior, et lex tua de=*
*liciæ meæ ſunt.*
7 *Viuat anima mea*
*ut te collaudet, cū*
*mihi pro tuo more*
*auxiliatus eris.*
8 *Erro ſicut ouis*
*perdita: quære ſer=*
*uum tuū, quia præ*
*ceptorum tuorum*
*non obliuiſcor.*

tua elegi.
6 Optaui mihi ſalutē
abs te domine: lex enī
tua oblectationi ualde
fuit mihi.
7 Viuat anima mea,
ut laudibus extollere
poſsit te, & iudicia tua
robur addant mihi.
8 Aberraui ſicut oui-
cula quæ peritura ui-
detur, require ſeruum
tuum: mandata enim
tua non ſum oblitus.

CXX.

1 AD Dñm quum
peſsimè eſſet mi
hi clamaui, &
exaudiuit me.
2 Domine libera ani
mā meā ab hoïe bilin
gui & fraudulento.

PSAL. CXX.

Ad dominū quum tribulater clamaui.

1 *AD Dominum cū tribulor, clamo,*
*& ſuccurrit mihi.*
2 *Domine libera animā meam à labijs*
*mendacibus, & à lingua doloſa.*

3 *Quid reddat aut*
*addat quis tibi lin=*
*gua doloſa?*
4 *Sagittas fortes*
*et acutas carbones*
*etiam ignitos.*
5 *Hei mihi, quoni=*
*am exilium meum*
*prolongatur, habi=*
*to inter tabernacu=*
*la triſtium.*
6 *Faſtidio adficit*
*animam meam ha=*
*bitatio inter pacis*
*oſores.*
7 *Ego enim cũ pa*
*cem meditor, iſti*
*bellum adornant.*

PSAL. CXXI.

3 Quantum putas no
cet tibi lingua fraudu-
lenta?
4 Profectò quantum
ullæ ſagittæ, quas iacu
latur fortiſſimus, quiſ-
que uir arcu, easq; acu
tas, quarum acies inter
uolandum tantũ conci
piet ardoris, quantum
habere ſolẽt carbones
iuniperorum.
5 Male agitur mecũ,
quòd exulem in Me-
ſech, & habitare co-
gar in tabernaculis Ce
dar.
6 Lõga uidetur animę
meæ mora, qua inui-
tus detineor inter eos,
qui pacis ſunt oſores.
7 Mihi nil magis erat
cordi q̃ pax, ad quã ſi
hortabar eos, nõ ſolũ
nõ amplectebãtur eã,
ſed bellum potius infer
re conabantur.

CXXI.

Leuaui oculos meos in.

*1 Oculos meos ad montes at*
*tollo, de qbus mihi*
*auxilium aduenit.*
*2 Auxiliũ meum à*
*Domino, qui fecit*
*cœlum & terram.*
*3 Nõ dat ut mouea*
*tur pes tuus, neq;*
*dormit cuſtos tuus.*
*4 Nõ dormit, &*
*non ſtertit Iſraëlis*
*cuſtos.*
*5 Cuſtos enim tuus*
*Dominus eſt, um=*
*bra tua, quiq; de=*
*xtera tua ducit te:*
*6 Vt per diem ſol*
*non urat te, neq; luna in nocte.*

1 CIcũferebam oculos meos uelu
ti ſtans in monte
ſicundé uiderem forté
ferri ſuppetias mihi.
2 Verùm deprehendí
nullũ eſſe mihi ſperan-
dum auxiliũ, niſi à ſo-
lo domino, qui autor
eſt cœli & terræ.
3 Ille enim non ſinet
uacillare pedes tuos,
nec dormiet unquam
cuſtos ille tui.
4 Profectò neq; dor-
miet unquam, neq; uel
leuiter obdormiſcet, q
curat Iſraelem.
5 Bono animo ſis, do
minus curat te & tua:
erit inſtar umbraculi ti
bi ad dexteram manũ
adſtans aſſiduè.
6 Hoc umbraculo fiet
ne ardor interdiu læ-
dat te, neq; luna frigo-
re ſuo noctu.

7 Dominus cuſtodit te ab omni malo, cuſtodit aĩam tuã.

8 Dominus cuſtodit exitum, & introitum tuũ, hinc uſq; in perpetuum.

7 Dominus curabit ne ullum malum infeſtet te: curam enim geret animæ tuæ.

8 Domino curãte proſpera erit ꝑfectio quæ cunqꝫ tua, & reditus tuus in patriam, à prima hora uſqꝫ in finem uitæ.

PSAL. CXXII.

1 HIs ego gaudeo, qui mihi dicunt, Eamus domum Domini.

2 Stent pedes noſtri in portis tuis Ieruſalem.

3 Ieruſalem quæ cõdita es, quomodo urbs quælibet nobiliſsima, cuius ciues in unum coëunt.

CXXII.

GAudebã ex animo, quum dicerent mihi, in domum domini ibimus. Lætatus ſum ĩ his quæ.

2 Stabunt pedes noſtri, in portis tuis Hieruſalem.

3 In portis inquam Hieruſalem ſic extructæ, quemadmodũ erat olim quum eſſet ciuitas, ad quam ſtatis anni tẽporibus cõfluebat populus uniuerſus, & recipiebatur commodiſſimè.

4 *In quã aſcendũt*
*tribus, tribus dñi,*
*cœtus Iſraëlis ad*
*confitendũ laudem*
*nomini Domini.*
5 *Iſthic enim conſi*
*ſtit iudicij ſoliũ, ſo*
*liũ domus David.*
6 *Precemini ſalutẽ*
*Hieroſolymis, fe=*
*lices ſunt qui dili=*
*gunt eam.*
7 *Salua ſint uni=*
*uerſa quæ poßides*
*opulentia ſit in ædi*
*bus tuis.*
8 *Propter fratres & cognatos meos,*
*libens precabor tibi ſalutem.*
9 *Propter ædem Domini dei noſtri bo*

4 Eò enim proficiſci ſo
lent tribus, tribus in
quã, & tota turba Iſ-
raelitici populi, ut lau-
darent nomen domini
5 Quo tempore ibi col
locabanť ſedes ad ex-
ercenda iudicia, & ſo-
lium familiæ David.
6 Optate pacem ipſi
Hieruſalem, feliciter
eueniant omnia illis,
qui bene uolunt & a-
mant eam.
7 Sit pax, & nemo in-
feſtet ualla tua, proſpe-
ra ſint omnia in pala-
tijs tuis.
8 Propter fratres me-
os & amicos meos o-
ptabo etiam nunc, ut
omnia proſperè eue-
niant tibi.
9 Propter domum do-

*num tibi quæram.*

PSALMVS

CXXIII.

1 *AD te oculos meos leuo, ô*
*cœlorũ habitator.*
2 *Nã perinde atq; miniſtrorum oculi ad manus domino rũ ſuorũ: et quẽad modũ oculi ancilla rũ ad manus heræ ſuæ:ſic oculi noſtri ad Dominũ Deum noſtrũ intẽti ſunt, donec miſereatur noſtri.*
3 *Miſerere noſtri dñe, miſerere noſtri, quoniã ſaturi ſumus multo contemptu.*

mini Dei noſtri, modis omnibus prodeſſe cuperem tibi.

CXXIII.

1 AD te ſubleuaui oculos meos, ô habitator cœlorum.
2 Quemadmodũ enim oculi ſeruorũ obſeruãt manus dñorũ ſuorũ, & oculi ancillæ obſeruãt manũ dominæ ſuæ, ut lõgo labore fatigati cibum accipiant: ad eundem modum oculi noſtri obſeruant dominũ Deum noſtrum, ut ille miſereatur noſtri.
3 Miſereat te noſtri domine, miſereat inquã te noſtri: mirificè enim & ad nauſeam uſque repleti ſumus contumelia.

Ad te leuaui oculos meos.

4 *Plus ſatis ſatura eſt anima noſtra ludibrio faſtuoſorũ, & ſuperborum uilipenſione.*

PSALMVS

CXXIIII.

1 *Niſi dñs à nobis ſtetiſſet, dic quæſo Iſraël,*

Niſi quia dñs erat in nobis.

2 *Niſi dominus ſtetiſſet à nobis, cùm inſurgerent in nos homines,*

3 *Iam uiuos deglutiſſent nos: cùm incenſa eſſet ira eorum in nos:*

4 *Iam uelut aquæ obruiſſent nos; tanquã*

4 Vehementer & ad ſaturitatem uſque plena eſt, & cõcoquere intra ſe cogitur anima noſtra inſultationem locupletum, & contumeliam hominum uiolenter ſuperborum.

CXXIIII.

1 Niſi domini beneficio, qui adfuit nobis, ſeruati eſſemus, fateatur ingenuè nunc populus Iſrael,

2 Niſi dñi inquã beneficio, qui adfuit nobis ſeruati eſſemus, quo tẽpore inſurgebat animo hoſtili hominum multitudo in nos:

3 Tum uiuos deglutiuiſſent nos: erant enim furioſiſsimi & ira maximè accenſi in nos.

4 Tum undæ malorum obruiſſent nos, & flu-

*torrentes ſuſtuliſſent nos:*

3 *Iam penetraſſent ad animā noſtram undæ ſuperborum*

6 *Gratiæ Dño, qui nō obiecit nos prædam dētibus eorū.*

7 *Vita noſtra tanquam auicula euaſit de laqueo uenātium: laqueus enim fractus eſt, & nos euaſimus.*

8 *Auxiliū noſtrū in nomine Dñi ſitum eſt, qui cœlos fecit & terram.*

PSAL. CXXV.

uius tranſiſſet per animas noſtras.

5 Tum tranſiſſent inquam per animas noſtras, undæ malorum profundiſsimæ.

6 Omni laude maior dominus, qui non permiſit nos prędam fieri dentibus illorum.

7 Quin potius animæ noſtræ liberatæ ſunt, quemadmodū captus paſſer, qui pręter ſpem elabitur è reti aucupis: rete enim frangebatur, & quomodo ille auolauit, ita & nos liberati ſumus.

8 Fortitudo noſtra ſita eſt in fauore & auxilio nominis domini, qui autor eſt cœli & terræ.

CXXV.

Qui confidunt in domino.

1 QVi Domino fidunt, ſimi
les ſunt monti Zi=
on, qui non moue=
tur loco, ſed in per
petuum ſidit.
2 Quemadmodum
montes circũ Ieru
ſalem ſunt: ita Do=
minus eſt circũ po
pulum ſuum, nunc
& inæternum.
3 Ne impiorũ ſce
ptrũ immineat ſor
ti iuſtorũ, quo mi=
nus admoueãt ma=
num ſuam ſceleribus, iuſti.
4 Benignus eſto Domine in bonos &
rectos corde.

1 QVotquot cre
dũt ſe domino
erũt ſicut mõs
Sion, qui nunquã tol-
letur de loco ſuo.
2 Hieruſalem montes
quidem habet in cir-
cuitu, uerùm illi non
hoc poſſunt in defen-
ſionem ciuitatis, quod
dominus qui adeſt po-
pulo ſuo à prima hora
uſq; in perpetuum.
3 Quare non ſinet ſe-
dem figere eũ, qui ſce-
ptro impietatis tyran-
nidem exercet in ea lo
ca, quæ ueluti diuina
ſorte obuenerũt iuſtis:
ne & iuſti ipſi exten-
dant ad perpetranda
ſcelera manus ſuas.
4 Benefac domine bo-

5 *Qui autē ad malitiam ſuam auertūtur, ducit dominus inter ſceleratos. Sed Iſraëli pax ſit & ſalus.*

PSALMVS CXXVI

1 *Qvum cōuerteret Dominus captiuitatem Zion, quieti reſtituti ſumus.*

2 *Tunc implebatur riſu os noſtrū, & lingua noſtra exultatione: tunc inter gētes etiam dicebatur, dominus res magnas cum illis fecit.*

nis, & his, qui candido ſunt pectore.

5 Illos uerò, qui aliis præcipitia parant, ire ipſos per præceps coge dn̄e, quēadmodū hoīes ſceleratos æquum eſt: trāquillitas aūt & pax erit apud Iſraelitas.

CXXVI.

1 Qvum reuocaret dn̄s ab exilio nos, qui captiui ex Sion abducti fueramus: præ gaudio uiſi ſumus non aſſecuti tantum boni, ſed ſomniare. In cōuertēdo dn̄s captiuitatem Sion

2 Tum implebatur os noſtrum riſu, & lingua cātu: tū dicebāt gētes, quæ nos captiuos detinuerāt, ſupra modum magna ſunt & ſtupenda, quæ facit dominus in gratiam horum.

3 *Et profectò ma=*
*gna fecit dominus*
*nobiſcum, id quod*
*nos iuuat.*
4 *Vertiſti domine*
*captiuitatē noſtrā,*
*non ſecus quàm cū*
*auſtro flante tor=*
*rentes exiccantur.*
5 *Qui cū lachrymis*
*ſeminauerant, cum*
*gaudio meßuerūt.*
6 *Qui ocius abi=*
*bat, & flens captū*
*ſemen proijciebat,*
*iam feſtinus redit,*
*ac lætus manipulos*
*ſuos reportat.*

3 Ita profectò res ha-
bet, ut dicitis, magna
enim ſunt, quæ dn̄s no
ſtra cauſa facere inſti-
tuit: quare gaudio affe
cti ſumus maximo.
4 Perge Domine reuo
care nos è captiuitate
cum eo gaudio & fru-
ctu, quo terra ſitiēs ex-
cipit fluentes per eam
riuulos aqua plenos.
5 In quam, qui ante ir
rigationem iecerant ſe
men deſperantes pro-
pemodum, & cū fletu:
illi metent, quæ proue
nerunt de improuiſo
cum gaudio ſummo.
6 Hi enī ſoliciti ibant
& flentes portabant in
ſterilem illum agrum
ſemen precioſum iactu
ri: uerùm redeūtes gau
dio pleni referent ma-
nipulos expectatione
ſua longè plures.

## PSAL. CXXVII | CXXVII.

1 NIſi dominus
ſuſtineat do
mũ, fruſtra ſudant
qui eam ſuſtinere
ſatagunt: & urbẽ,
niſi Dominus cu=
ſtodiat, fruſtra ex=
cubat cuſtos.
2 Fruſtraneum eſt
ſi poſtquam quie=
ueritis q̃ maturri=
mè ſurgatis: ſi do=
lorũ panẽ ederitis,
niſi ille amatis ſuis
ſomnum concedat.
3 En iſti ſunt ſors,
filij, peculium, &
nati Domini.
4 Velut iacula in manu herois, ſic

1 SI Dominus non Niſi dñs
extruxerit domũ ędificaue
fruſtra ſudabunt rit domũ
laborantes, qui conan
tur extruere eam: ſi do
minus non cuſtodierit
ciuitatem, fruſtra uigi-
labit, cui cura incum-
bit cuſtodiendi eam.
2 Nihil ſuccedet no-
bis, etiã ſi ſummo ma-
ne ſurrexeritis, & ſur-
ſum ac deorſum curſi-
tantes ſedere recuſaue-
ritis, non aliter ſudan-
tes, quàm qui ſummis
laboribus uictum pa-
rant: quod enim uos ue
ſtro ſtudio fruſtra per-
ficere conamini, id do-
minus dabit illi quem
diligit, ſine negocio.
3 Ecce hæreditas, quã
dominus dat, filij ſunt,
& præmiũ præcipuũ,
fructus uentris.
4 Quanta eſt uis in ſa-

*adoleſcentes filij.*
5 *O' beatum qui*
*ex eis pharetram*
*ſuam impleuit, non*
*enim pudefiẽt cùm*
*hoſtẽ ſuum in por*
*ta alloquentur.*

PSALMVS
CXXVIII.

Beati oẽs qui timẽt dominũ.

1 O Beatos om=
*nes qui Do=*
*minũ colunt, & in*
*uijs eius ambulant.*
2 *Sic enim, quæ la=*
*bore manuum tua*
*rũ paraueris, fruê=*
*ris. O' beatum &*
*felicem te.*
3 *Vxor tua ſimilis*

gittis, quas iaculatur
arcu uir quantũuis for
tis, tãta eſt in filijs ado
leſcentibus.
5 Felix ille uir qui ple
nam habet pharetram
telis eiuſmodi: is enim
non ſuffundetur pudo
re quotieſcunque con-
tigerit illum filijs comi
tatum contendere cum
aduerſarijs ſuis in por
ta, & frequentia po-
puli.

CXXVIII.

1 FElix ille quiſquis
timens eſt dei, &
uiuit ſecundũ prę
ſcripta illius.
2 Proſperabitur labor
manuum tuarum quiſ-
quis es talis, & cibum
ſuppeditabit, quem co
medas: feliciter eueni-
ent omnia tibi, & di-
ues fies.
3 Vxor tua ſimilis erit
uiti fructiferæ, quę ſeſe

eſt fœcundæ uiti,
quæ lateri domus
tuæ adhæret: filij
uerò tui uelut cõſi
tæ ex ordĩe oliuæ,
circũ menſam tuã.
4 En hoc modo bea
tus redditur uir,
qui Dominũ colit.
5 Sic ditabit te Do
minus de Zion, ut
felicem uideas Ie-
roſolyma, per om-
nem uitam tuam:
6 Vt ſimul uideas
filios filiorum tuo
rum, & pacem in
Iſraële.

PSAL. CXXIX.

propagabit per om-
nia latera domus, & fi
lij tui ueluti plantulæ
oliuarũ cingentes men
ſam tuam.
4 Ad hunc profectò
modum locupletabi-
tur uir, qui reueretur
Dominum.
5 Felicem faciet te do
minus ex Sion, quiſ-
quis talis es: uidebis enĩ
& particeps fies felici-
tatis promiſſæ ipſi Hie
ruſalem cunctis diebus
uitæ tuæ.
6 Videbis præterea, &
uoluptatem capies ex
filiorum tuorum filijs,
quòd trãquillè & ſum
ma cum pace uerſa-
ri conſpicies eos inter
Iſraeliticos contribu-
les ſuos.

CXXIX.

Sæpe ex pugnauerunt me.

1 SAepe oppu=
gnauerũt me à
iuuẽtute mea, dicat
obſecro Iſraël:
2 Sæpe oppugna=
uerunt me à iuuen
tute mea, ſed non
ſuperauerunt me.
3 Supra dorſum
meũ arauerũt pro
ſua libidine, & ſul=
cos ſuos duxerũt.
4 Iuſtus autem do
minus incîdit im=
piorum funes.
5 Vt cõfuſi retro
ceſſerint omnes qui
Zion odio habent.
6 Similes facti ſunt fœno in tectis, quod

1 VEhementer no
cere conati ſũt
mihi ab annis
plurimis, & ueluti ab
ineunte ætate, dicere
poterit meritò Iſrael:
2 Miris inquam mo-
dis nocere conati ſunt
mihi ab ineunte ętate,
ſed nõ potuerunt ſub-
uertere me.
3 Dorſo meo tantum
oneris impoſuerunt, ut
ſigna in eo apparue-
rint, qualia aratores
agris imprimere ſolẽt,
& ueluti ſulcos longos
induxerint.
4 Sed Dominus iuſtus
rupit funes, quibus a-
ſtrinxerant impij me.
5 Pudefiant, & in fugã
cõuertantur, quotquot
odio habent Sion.
6 Fiant ſimiles herbæ
creſcenti in tectis do-
moꝝ, quæ priuſquam

*antequã falx ſtrin=*
*gatur, exaruit.*
7 *De quo nec im=*
*plet manum ſuam*
*metens, nec ſinum*
*ſuum in manipulos*
*colligens.*
8 *Vbi prætereun=*
*tes non bene pre=*
*cantur, dicẽdo: Di*
*tet uos Dñs, bene*
*optamus uobis per*
*nomen domini.*

PSALMVS

CXXX.

1 *E Profundis in=*
*uoco te Dñe.*
2 *Dñe exaudi uocẽ*
*meam : ſint aures*

in eam magnitudinem
excreuerit, ut demeti
poſſit, exaruit.
7 Qua non dignabitur
manum implere & do-
mum deferre ullus meſ
ſor: nec ſinũ is, ꝗ preca
rio manipulos à meſſo
ribus præteritos colli-
gere ſolet, pauper.
8 Nec ulli prætereun-
tes dixerunt, proſperè
eueniãt hæ ſegetes, do
mini beneficio, uobis:
nec digna uiſa eſt cui-
quam ut diceret, opta-
mus uobis felicẽ à dñi
benignitate meſſem.

CXXX.

1 QVum tantum nõ obrutus eſ- De ꝓfun
ſem profundiſ dis clama
ſimis malorum undis, ui ad te.
tuum auxilium implo
raui ò Domine.
2 Domine exaudi uo
cem meam, ſint quæſo
aures tuæ attentæ ad

*tuæ attentæ ad uo= cem querimoniarũ mearum.*

3 *Cõmiſſa enim ſi imputes Dñe, Dñe quis non cadet?*

4 *Sed placabilis es: ut te reuereamur.*

5 *Spes mea Dominus, quo fidit anima mea, & uerbo eius fidem habeo.*

6 *Anima mea Domino intenta eſt ab excubijs matutinis uſque ad excubias matutinas.*

lamentabiles precationes meas.

3 Si ſcelerum, quę admiſimus, perpetuò memor eſſe uolueris, & ueluti repoſita ſeruare apud te domine, ſubſiſtere quis poterit?

4 Quare hoc potius ſequere, quod genuinum eſt tibi, ut remittas miſericorditer peccata noſtra, & clementer erigas collapſos, ſicq; ad ſyncerã uenerationem tui inuites.

5 Expectaui ſedulò dominum, expectauit & anima mea: & quia ꝓmiſerat ſe adfuturum, nunquã dubitaui, quin eſſet ſtaturus ꝓmiſſo.

6 Anima mea ardẽtius expectat adduentũ domini, q̃ uigiles nocturni tẽpus matutinũ: uigiles inquam, qui ſomno grauati, matutinum expectant tempus, quo dormire liceat ipſis.

7 *Iſraël domino fi-*
*dat, quoniam mul-*
*ta eſt apud dominũ*
*tum bonitas, tum*
*libertas.*
8 *Ipſe enim Iſraelẽ*
*liberat de omnibus*
*peccatis ſuis.*

PSALMVS
CXXXI.

1 *DOmie cor me*
*um non effe-*
*ro, neq; extollo o-*
*culos meos: nõ uer*
*ſor in rebus ſupra*
*me magnificis aut*
*mirificis:*
2 *Sed pono atque compeſco animum*
*meum, quemadmodum ablactatus erga*

7 Expectet, ſi ſapit,
quiuis ex Iſrael dñm:
eſt enim natura miſeri-
cordiſsimus, & ſuapte
natura ad ſuccurrendũ
propenſiſſimus.
8 Quare ipſe liberabit
Iſraelem ex omnibus,
quãtumuis fuerint ua-
riæ, iniquitatibus eius.

CXXXI.

1 DOmine non fui animo unquam Dñe non eſt exalta tum cor.
elato, neq; ocu
lis nil niſi magna ſpe-
ctantibus: neq; ambiui
magna, & quæ miris
modis eſſent ſupra me.
2 Si non ſic compoſui
& conpeſcui animum
meum, ne alius ſibi ui-
deretur collatus tecũ,
quàm infans ab uberi
bus matris tuæ recens

*matrẽ ſuã : animus*
*meus à lacte abſtra*
*cto ſimilis eſt.*
3 *Iſraël enim ſpe=*
*rat in dominũ hinc*
*uſq; in ſempiternũ.*

PSALMVS
CXXXII.

1 *M**Emor eſto*
Memen- *domine Da*
to Dñe
Dauid. *uid cũ omnibus af=*
*flictionibus eius.*
2 *Vt iurauerit ac*
*uouerit Dño atque*
*heroi Iaacob.*
3 *Non ingrediar,*
*inquiens, in ta=*
*bernaculum domus*
*meæ, neq; aſcendã*

depulſus, qui ſolus ſi-
gere greſſus nõ poteſt,
ſed matris ſuſtentatur
manu: ſi nõ ita ſemper
me iudicaui ſine tuo au
xilio nihil poſſe, & ani
mam meam eiuſmodi
infanti ſimilẽ, fruſtrer
ſpe mea penitus.
3 Expectet, ſi ſapit,
quiuis ex Iſrael domi
num, & pẽdeat ab eo,
ab hac hora aſſiduè uſ
que ad finem uitæ.

CXXXII.

1 RAtionem habe
domine, illiq; in
bonum, ipſius
Dauid, malorũ, quæ
perpeſſus eſt plurima.
2 Qui & iuramento
ſeſe obſtrinxit, & ſan-
ctè promiſit ei, per quẽ
poteſt quicquid poteſt
Iacob:
3 Se non ingreſſu-
rum ædes ſuas, neque

*cubile lecti mei.*
4 *Non indulgebo*
*ſomnũ oculis meis,*
*neq; palpebris me=*
*is ſoporem.*
5 *Donec parem lo*
*cum Domino, & ta-*
*bernaculũ heroi*
*Iaacob.*
6 *Eum ecce locum*
*audiuimus ĩ Ephra*
*ta, reperimus in re*
*gione ſaltuoſa.*
7 *Introëamus ergò*
*ĩ tabernacula eius,*
*adoremus ſcabellũ*
*pedum eius.*
8 *Surge Domine ad manſionem tuam,*
*tu & arca fortitudinis tuæ.*

aſcenſurũ lectũ ſuũ:
4 Neq; permiſſurum
oculis ſuis, aut palpe-
bris ſomnum,
5 Priuſquam inueniſ-
ſet locum extruendo
altari Deo gratum, &
tabernacula in uenera
tionem illius, per quẽ
fortis eſt poſteritas Ia-
cob.
6 Ecce de improuiſo
inuenimus locum illũ
in Effrata: inuenimus
inquam illum in cam-
pis ſyluoſis.
7 Eamus ergò in ta-
bernacula, quę ipſe ele
git ſibi, proſternamus
nos ſupplices ante ſca-
bellum pedum illius.
8 Exurge domine &
ueni in eum locũ, quẽ
ad hoc elegiſti tibi, ut
præ cæteris peculiari-

9 *Sacerdotes tui in*
*duant iuſtitiam, &*
*ſancti tui exultẽt.*
10 *Propter Dauid*
*ſeruum tuũ ne dif=*
*feras aduentũ Chri*
*ſti tui.*
11 *Iurauit enim do*
*minus ipſi Dauid*
*ex fide, quod non*
*mutabit:De ſemine*
*uentris tui ponam*
*in ſolium tuum.*
12 *Si cuſtodient fi=*
*lij tui fœdus meũ,*
*& conteſtationes*
*meas,quas docebo*
*eos,iam et filij eo=*
*rum in perpetum in ſolio tuo ſedebunt.*

ter requieſcas in eo, ue-
ni inquam tu, & arca,
per quam ſæpe omni-
potentia tua apparuit.
9 Sacerdotes tui indu
ant iuſtitiam, ut ſancti
tui habeant, quur ſeriò
exultent.
10 Propterea quòd Da
uid ſeruus tuus ipſe o-
rat, ne auertas faciem
à Chriſto tuo.
11 Iuramento aſtrinxit
ſe Dñs ipſi Dauid, &
fidem dedit, quam nũ-
quam uiolabit, dicens:
de fructu uẽtris tui col-
locabo in ſolio tuo.
12 Si cuſtodierint filij
tui pactum meum, &
ceremonias, quas do-
cturus ſum eos: filiorũ
tuorum nepotes, &
qui naſcẽtur ullo tem-
pore ab illis, in eodem
regni ſolio propter te
ſedebunt.

13 *Dñs enim elegit*
*Zion, elegit eam ſi*
*bi in domicilium.*
14 *Hæc, inquiens,*
*requies mea erit in*
*perpetuum, hîc ha*
*bitabo, quoniã dele*
*ctor ea.*
15 *Annonam illius*
*amplificabo, et pau*
*peres eius ſaturabo*
*panibus.*
16 *Sacerdotes illius*
*induam ſalute, & *
*ſancti eius inceſſan*
*ter exultabunt.*
17 *Iſthîc progeminabo cornu ipſi Da=*
*uid, & lucernã Chriſto meo cõparabo.*
18 *Hoſtes eius amiciam confuſione, ſu=*

13 Elegit enim Domi
nus Sion, ſic amauit
eam, ut habitare conſti
tuerit in ea.
14 Hic erit inquiens lo-
cus ad quieſcendum
mihi perpetuò: hic ha-
bitabo, quia amaui
eam.
15 Annonam eius copio
ſiſſimam faciam egenis
qui in ea ſunt, cibum
ad ſaturitatem uſque
ſuppeditabo.
16 Sacerdotes eius ue-
ſtiam ſalute, cuius par-
ticipẽ facient, & plebẽ,
ut ſancti tui habeant,
quur ſeriò exultent.
17 Ibi florere faciã cornu
ipſius Dauid, paraui
lucernã Chriſto meo.
18 Inimicos illius indu-
am pudore & infamia:

*per ipſo autẽ flore*
*bit corona eius.*

PSALMVS
CXXXIII.

Ecce ꝙ bonũ, & ꝙ iocundum.

1 *EN quàm honeſta & iucũda res eſt, quũ fratres unanimiter cohabitant:*
2 *Perinde eſt ac dum precioſum unguentum in caput & barbam Aaron funditur, ut ad orã ueſtimenti eius deſcendat:*
3 *Sicut ros Hermon qui deſcẽdit in montes Zion: iſthic enim promiſit Dominus abundantiã, &*

in capite autem illius fulgebit diadema.

CXXXIII.

1 DIci non poteſt ꝙ bona ſit res & ſuauis, habitare unà fratres inter ſe concordes.
2 Suauior erit eorum cõcordia oleo illo fragrantiſsimo, quod fundi ſolet in caput, & defluere in barbã, barbã inquam ipſius Aaron, & in oras deinde ueſtium illius.
3 Suauior erit rore, q deſcendit in montem Hermon: uel rore, qui deſcendit in montem Sion: & illos, q Sion uicini ſunt, ubi conſtituit dominus inſignem illã munificentiam ſuã oſtendere, & uitã inſti

*uitam fore uſq; in ſempiternum.*

PSALMVS CXXXIIII.

1 *EN uos omnes ſerui Dñi, qui nocte ſtationẽ ſeruatis domi dñi, laudate Dominum.*

2 *Sublatis in ſanctuario manibus ueſtris laudate Dñm.*

3 *Et ditabit uos dominus de Zion, q fecit cœlos et terrã.*

PSALMVS CXXXV.

1 *LAudate ſerui Domini, laudate nomen Domini.*

tuere, quæ duratura ſit perpetuò.

CXXXIIII.

1 EIa laudibus extollite Dominũ quotquot eſtis cultores illius: nunquã enim ſatis laudare illum poteritis, etiam ſi totas noctes in templo Domini laudãtes perſtiteritis. Ecce nũc benedicite.

2 Leuate manus ueſtras uerſus locũ ſanctitati illius dicatum: & quantũ poteſtis, laudibus extollite Dñm.

3 E diuerſo dominus ille optimè faciet tibi è Sion, qui autor cœli eſt & terræ.

CXXXV.

1 LAudibus extollite nomẽ domini: laudibus in- Laudate nomen Domini.

2 *Qui miniſtratis*
*domi* Dñi,*in atrijs*
*templi* Dei *noſtri*,
3 *Laudate* Domi
*nũ : quia bonus eſt*
Dominus : *pſallite*
*nomini eius , quia*
*iucundum eſt.*
4 *Dñs enĩ elegit ſi*
*bi* Iacob,*et* Iſraẽ
*lem in peculiũ ſuũ.*
5 *Quoniam ipſe*
*ſcio quòd magnus*
*eſt* Dominus,*et do*
*minus noſter ſuper*
*omnes deos.*
6 *Quicqd* Domi=
*no placuit fecit cũ*
*in cœlo & terra,*

quã extollite uos , qui
cultores & ſerui eſtis
domini.
2 Qui ſtatis in tẽplo
dñi,& in atrijs eſtis do
mus Dei noſtri,
3 Laudate deum ſer-
uatorem:benignus eſt
enim dominus : quare
pſalmos canite in lau-
dem gratioſiſsimi no-
minis illius.
4 Elegit eñi ſua ſpon
te Iacob ſibi ſeruator
ille deus,& Iſraëlem,
ut ſit illi ueluti orna-
mentum quoddam &
gemma precioſa.
5 Ego certè noui ma-
gnum eſſe dominum,
& dominum noſtrum
eſſe potentiorem reli-
quarum nationũ uni-
uerſis nihili Dijs.
6 Quicquid enim libi
tum fuit unquã domi-
no facere , id factũ eſt
tam in cœlo quàm in

*tum in mari atque*
*omnibus abyßis.*
7 *Adducit nubes à*
*finibus terræ, ful=*
*gura uertit in plu=*
*uiam, & uĕtos de*
*loculo ſuo profert.*
8 *Qui percußit*
*Aegypti primoge*
*nita tam hominum*
*quàm pecorum.*
9 *Miſit ſigna &*
*portenta in mediū*
*tui ô Aegypte, in*
*Pharaonem & in*
*omnes ſeruos eius.*
10 *Qui pcußit gen*
*tes magnas, & oc*
*cidit reges fortes.*

terra, & poteſtatē ha-
bet i uaſtiſsima illa ma
ria, & in oïa quę uſq;
abſtruſa latent etiā in
locis profundiſsimis.
7 Qui extrahit nubes
è terra infima parte
orbis, & in aëre loco
æditiſsimo collocat
eas: qui fulgura cū plu
uia miſcet: & educit uē
tū è locis abditis, tan-
quàm theſaurorū ſuo-
rum repoſitorijs.
8 Qui pcuſsit primo-
genita Aegypti, tā ho
minū, quàm reliquo-
rum animalium.
9 Qui immiſit ſigna
irę ſuę terrifica, & por
tenta in mediam Ae-
gyptum, quibus Pha-
raonem terruit & oēs
famulos illius.
10 Qui percuſsit gen
tes numero plurimas,
& reges occidit poten-
tiſsimos.

11 *Sichonē Amor-*
*rhœorū, Og regē*
*Baſan, & omnia*
*regna Chanaan.*
12 *Et tradidit ter-*
*ram ipſorū in poſ-*
*ſeßionem, & hære*
*ditatem Iſraëli po-*
*pulo ſuo.*
13 *Domine nomen*
*tuum ſempiternū*
*eſt, Dn̄e memoria*
*tui ad omnē poſte-*
18 Qui enim conatur ſupra modũ ſapiens fieri, plurima experietur ualde ingrata: & qui ad priorem eruditionem aliquid addere uolet, id ſine magna moleſtia non perficiet.

## CAPVT II.

1 DIxi itaque apud me, ſuppeditabo tibi omnis generis iocos: & quicquid riſum excitare poterit: oblecta te illis: ſed & hæc quoq́ citò uana iudicaui.

2 Riſui enim dixi, dementes homines: iocis

uerò,non pudet ſic ineptire.
3 Statui itaq; apud animum meum,longis cõ
uiuijs & multo uino corpus meum molliter cu
rare, & ſtultitiam quæ eſt in reliquis rebus ex-
periendo diſcere: ſi forte poſſit uſquam inueni
ri aliquid dignũ, quo ſe occupet humanus ani-
mus: dum hæc permitto corpori diſcendi gra-
tia,animus uſq; ſuum officium facit, ſingula ſa
pienter conſiderans.
4 Tentaui itaq; non uulgaria,ſed ædes extru
xi magnificas,plantaui uineas.
5 Paraui mihi hortos & paradiſos, & in eis
plantaui arbores fructiferas omnis generis.
6 Aptaui mihi aquæductus,quibus hæc arbo-
rum fructiferarum ſylua poſſit irrigari.
7 Emi mihi ſeruos, & ſeruas, & ex eis nati
ſunt mihi uernæ:armenta præterea & minor:
animalium greges poſſedi plures, quàm ullus
ante me in Hieruſalem.
8 Congregaui mihi argentum & aurum,& ea
quæ propriè pertinent ad reges, & prouincia-
rum dominos:conquiſiui mihi cantores,& can
tatrices,& quarum amore nulla natio non ca-
pitur,puellas plurimas.
9 Magnus hoc pacto ſum factus, & ſupera-
ui omnes qui ante me fuerunt in Hieruſalem:
interim ſapientia mihi in omnibus adfuit,quæ
de ijs iudicaret.

10 Quicquid ex his oculis putaui fore gratū, illis obtuli, nihil ab eis abſcondens: nec auocaui cor meum ab ullo genere lætitiæ: quin potius animus meus explet ſe quantum poteſt oblectatione harum rerum, quæ tanto ſtudio conquiſitæ ſunt: nec alium ſenſi fructū tam moleſti conatus, quàm ut oculos paſcerem, & animus ſe nonnihil recrearet.

11 Cœpi itaq; tandem omnia quæ feciſſem recenſere, & quantum laboris inſumpſiſſem priuſquam hæc perficerentur, & deprehēdi omnia planè eſſe res nihili, quæ interim tamen animū crucient, neq; ullum ſtabilem ex re quauis fructum capi poſſe in hac uita.

12 Iterum me conuerti ad ea, ut ſaltem uiderem quanta ſapientia uſus eſſem in omnibus illis: & deprehendi in uino inſaniam multam, & in reliquis manifeſtam ſtultitiam: quid enim eſt homo, ut imitatione regis dei, aliquid magni conetur, cum nullam quantumuis paruam ex omnibus rebus, quas ille innumeras fecit, æquare poſſet? NecSalomonē in omni gloria &c. Luc. 12.

13 Vidi tantum inter ſapientiam & ſtultitiam intereſſe, quantum intereſt inter lucem & tenebras.

14 Sapiens enim habet oculos in frōte, ſtultus uerò ueluti cæcus palpitat in tenebris: ſed interim uideo eundem habere exitum omnia.

15 Dixi ergò apud me, ſi ego ab illis quæ ma
nent ſtultum liber non ero, quorſum conatus
ſum ſuprà quàm ſatis erat fieri ſapiens? iterum
ergò iudicaui, ne ſapientiæ quidem ſtudium ca
rere uanitate ſua.
16 Quia non erit diuturna memoria ſapientis
magis quàm ſtulti: quomodo enim id, quod
olim fuit, obliuioni nunc traditum eſt, ſic & id,
quod nunc eſt, ſubſequentibus annis obliuioni
tradetur, & æquè morietur ſapiens atque ſtultus.
17 Quare execrari cœpi miſerias uiuentium,
quod uiderem apud me quantum ſine fructu
ſit moleſtiæ in rebus quæ fiunt ſub Sole, o-
mnia enim inania ſunt, & nihil quàm animum
cruciant.
18 Odiſſe etiam cœpi, quicquid feciſſem,
quantumuis magno labore, ſub Sole: quòd
relinquere id omne cogar alteri, qui mihi ſuc-
ceſſurus eſt.
19 Et quis nouit, futurus ne ille ſit ſapiens, an
ſtultus? qualiſcunque erit, certè accipiet omnia
mea, quæ tanto ſtudio, & tanta ſolertia paraui
toto tempore uitæ meæ: certè hoc quoque planè
uanum eſt.
20 Quare cor meum ſtatui liberare curis, qui-
bus ſolicitus fui, & ſapienter agere uiſus ſum
ſub Sole.
21 Contigit enim hominum ſapientia & re-

rũ cognitione: & frugalitate per omnia uſum,
relinquere quicquid ſic illi partũ eſt, alteri, qui
eius laboris plane expers fuit: certè hoc quo-
que uanum eſt, & meritò multum hominem
torquet.
12 Quid enim accipit talis homo ex tam ua-
rijs curis, & animi tormentis, quibus ſe torquet
ſub Sole?
13 Omnes dies uitæ eius miſerabiles ſunt, &
omnes conatus eius tædio pleni: per noctẽ uix
quietẽ admittit animus eius: profectò hoc quo-
que inſigniter ſtultum eſt.
14 Nihil melius homini, quàm ſi comedat, &
bibat, & oblectet animum ſuum, inter tam ua-
rias ſolicitudines: hoc enim iudicaui à benigni-
tate dei profectum.
15 Quis enim me uixit ſumptuoſior & libe-
ralior?
16 Certè homini cui bene uolet Deus, dabit
eam prudentiam, & eam ſapientiam, ut audeat
uti rebus ſuis: peccatori autem immittet ſolici-
tudinem augendi, & coaceruandi in uſus illius
quem Deus illa accipere uolet: quare neq; hoc
inſigni caret uanitate.

Ad liberalẽ eorũ quæ adſũt, uſum hortatur: et ab auaritia, peſſima animi peſte, deterret.

## CAPVT III.

1 OMnium rerum uiciſſitudo eſt, neque quicquam eſt ſub Sole ſtabile.

2 Qui nunc gignuntur, aliquando morientur:
quæ nunc plantantur,alio tempore euellētur.
3 Nunc ampũtamus, quæ olim ut adoleſce-
rent, curauimus: nunc deſtruimus, quæ olim
extruximus.
4 Interdum flemus,interdum ridemus: inter-
dum mœſti lugemus,interdum præ lætitia ſub-
ſilimus.
5 Nunc diruimus uetera ædificia, nunc ex
eiſdem lapidibus extruimus noua: nunc ope-
ram damus amplexibus, nunc ad amplexus
nauſeamus.
6 Nonnunquam magno ſtudio quærimus,
quod paulopòſt perdamus:nõnunquam com-
parcimus, quod poſtea dilapidemus.
7 Quandoq; diſcerpimus, quod olim conſui-
mus:quandoq; uelut muti tacemus,quandoq;
inepte garrimus.
8 Interdum amamus, & iterum odio proſe-
quimur amatum:interdum inimicitias exerce-
mus,quas iterum deponimus alio tempore, &
pacem amplectimur.
9 Quem fructum capit homo ex tam pugnan-
tibus,& moleſtis occupantibus?
10 Deprehendi quòd Deus immiſerit animis
hominum eiuſmodi moleſtas occupationes, ut
ipſi ſe illis torqueant.
11 Quicquid fecit Deus,pulchrum eſt ſuo tem-

pore & loco: & mundum hunc totum expo-
ſuit examinandũ ingenio illorum: uerùm ipſi
nullius, uel magnæ, uel paruæ, earum rerum
quas Deus tam multas fecit, rationem inuen
tur iſunt.
12 Quare uidi nihil in omnibus illis rebus eſſe,
quod homini bonum eſſe poſſet, niſi forté ex-
hilarare illum ſeſe & bene facere ſibi dum ui-
uit.
13 Si homini contigerit animus ut comedat ac
bibat & fruatur ſuis, inter tam uarias miſerias
donum dei manifeſtum eſſe putet.
14 Certò cognoui, quòd quicquid facit Deus,
erit quale ipſe id eſſe uolet: neq; quiſquã adij-
cere quicquam poterit, neq; ab eo quicquam
tollere: & Deus quicquid fecit, in hoc fecit, ut
nos illum, hæc tam uaria uidentes, uereamur.
15 Quod fuit olim, nunc eſt: & decretum fuit
olim, ut etiam temporibus futuris eſſet: aſſi-
duè nanque reuocat, quæ ueluti fugata hinc
abierunt.
16 Et tanquam non eſſet malorum ex hac in-
conſtantia ſatis, uidi locum ſub Sole æquitati
deſtinatum, in quo dominatur impietas: & lo-
cum iuſtitiæ, in quo regnat impius.
17 Dixi apud me admirans, & iuſtum, & im-

pium iudicabit Dominus: ad eum enim refe-
rentur iudicanda, quęcũq; aut cogitantur nũc,
aut fiunt.
18 Cùm non inuenirem cauſam aliam, quare
Deus hæc permitteret: uiſum eſt mihi, uelle il-
lum huiuſmodi humanis tumultibus hominem
ſic exercere, ut uideat ſe in hac uita parum dif-
ferre à brutis: non aliter enim inter ſe homines
tumultuantur, nec maiori ſæpe ratione, quàm
bruta inter ſeſe.
19 Inſuper & interitus hominum, & reliquorũ
animantiũ, idem eſt: quomodo enim moriun-
tur bruta, moriuntur & homines: nec apparet
ex iis quæ fiunt ſub Sole, aliam eſſe hominis,
& aliam brutorum animam, nec ultra bruta
animantia quicquam habere hominem: omnia
enim æquè uanitati ſubiecta ſunt.
20 Quicquid eſt, ſiue homo, ſiue aliud ab ho-
mine, ad eundem locum tendit: ex terra enim
facta ſunt omnia, & in terrã iterũ reſoluentur.
21 Quotuſquiſq; interim nouit, an hominis ani
ma aſcenſura ſit ſurſum, & reliquorũ animan-
tium cum corporibus interitura ſit?
22 Quare nihil inueni boni in omnibus his
præterquam boni conſulere omnia, & frui
partis ſine ſolicitudine: illis enim ſe homo ſu-
ſtentat, alia uerò omnia extra ipſum ſunt, &
aliis relinquere cogetur: interim ut maximè

uelit ſolicitus eſſe, quis indicabit illi, quid poſt ipſum futurum ſit?

## CAPVT IIII.

1 COnuerti me ad alia, ut uiderem quàm uarijs modis opprimantur homines in hac uita, & uidi flentes plurimos, cùm iniuria afficerentur, nec eſſet quiſquam qui eos conſolaretur, & multò minus qui de uiolentis opprimentium manibus eos eriperet.

2 Quod cùm uiderem, iudicaui feliciores eos qui uita olim defuncti ſunt, his qui adhuc tam calamitoſè uiuunt.

3 Quin & utriſq; fortunatiores dixi eos qui nunquam nati fuerunt: illi enim nihil uiderunt horum malorum, quæ in hac uita homines in homines deſignant.

4 Multa experientia didici hominū conatus, & ſtudia non aliò tendere, q̃ ut quiſq; uicino ſuo, quibus poſſit artibus noceat, & rem propriam promoueat: quod quid eſt aliud, q̃ moleſtiſſimis curis animum miſerè torquere?

5 Stulti quidam ab horum quos diximus moribus abhorrentes, uitiū in contrarium currūt: iunctis enim manibus deſident otioſi, & quicquid habent, conſumunt, donec ad extremam inopiam perueniant, & carnem propriam rodere cogantur.

6 Melius, inquientes, eſt paulum cum igna-
uia, quàm multa laborioſè cum anxietate cō-
quirere.

7 Conuerti me & ad alia, & uidi nouum ua
nitatis genus.

8 Inueniuntur homines ſoli ſine ſocijs, ſine
liberis, ſine cognatis, qui nō aliter ſine fine la
borāt, quàm ſi illis innumeri alendi eſſent: cu
piditatibus eorum nullæ diuitiæ ſatiſfaciunt:
nec unquam ad ſe redeunt, ut apud ſe dicant,
quibus laboramus? in quorū gratiam frauda-
mus genios noſtros bonis, quæ plurima poſsi-
demus, & quorū non eſt alius uſus, quàm ut
noſmetipſos oblectemus? hoc, ſi quidquàm a-
liud, inſigniter ſtultum eſt, & animi moleſtiſ-
ſimum tormentum.

9 Quare meliorem & cōmodiorem iudicaui
uitam duorū unà uiuentiū, quàm unius ſolius:
adfert enim boni non parū ipſa ſocietas: & ſi
nihil aliud, ſuccurrūt mutuò in malis, quæ in
hac uita omnibus ferenda ſunt.

10 Si enim alter eorū ceciderit, alter collapſum
ſocium erigit: qui planè miſer eſſet, niſi in ipſo
caſu haberet, qui manum illi porrigeret.

11 Si duo ſimul dormierint, alter alterum ca-
lefaciet, ſolus uerò ægrè calidus fiet.

12 Si unus aliquis uim facere conetur, duo re-
ſiſtent illi: & funis triplicatus non facilè rum-

pitur.

13 Melior eſt adoleſcens pauper, ſi ſit cordatus, rege ſene deliro, qui nõ ſuſtinet amplius admoneri.

14 E mergit nonnunquàm è carcere quis, qui uinctus ibi fuerat, & regno præficitur: cum è contrario patre rege natus ad inopiam redigatur.

15 Vidi maximo numero homines ſeq adoleſcentem illũ, qui ſeni in regno ſucceſſurus eſt.

16 Non minor fuit numerus eorꝫ qui ſenem hunc olim ſequebant̃, cùm regno præficeretur, quàm nunc eſt qui nouum hũc ambiunt: & ſicut grauis illis ſuperioribus uiſa eſt poteſtas regia illius qui nunc contemnitur, ita & huius qui nunc tantopere placet grauis uidebitur: quare & ambitus ille ſuam habet uanitatem, & animi tædia.

17 Vide diligenter, quid faciendum tibi ſit ingreſſuro domum dei, ut ores: & ſcito illum proximè tibi adeſſe, & audire cuncta: caue ergò ne multis uerbis cum illo agas ſtultorum more, quorum ſunt ingrata deo quæ faciunt omnia.

## CAPVT V.

1 NE præceps ſis in lingua tua oraturus deum: neq; properet cor tuum effun-

dere uerba in conſpectu dei: eſt enim deus in
cœlo, unde tua omnia, qui in terra degis, ui-
det: quare paucis apud illum utere uerbis.
2 Sicut diurnæ curæ gignũt ſomnia, ita mul
ta uerba ſtultam faciunt orationem.
3 Si quid inter orandum promiſeris, abſque
mora illud perſolue: ne illum ſtultorum more
multa promittendo, grauiter offendas: Si quid
ergò promiſeris, præſta.
4 Melius eſt nihil promittere, quàm promiſ-
ſa non præſtare.
5 Quare caue ne linguæ futilitas, totum
te peccato inuoluat: neque putes angelum,
qui tua obſeruat, rem tam æſtimaturum le-
uem, quàm tu exiſtimabas: qui præ multitu-
dine uerborum uix ſciebas quid promitteres,
aut diceres: quod tu tam leue putas, deum
ſic offendit, ut non ſolum orationem tuam,
ſed propter eam & alia opera tua ſit execra-
turus.
6 Sicut in multis ſomnijs plurima ſunt uana,
ita & in multis uerbis: quare tu deum ex ani-
mo reuerere.
7 Si uideris uſquam oppreſsionem pauperis,
& ſubuerſionẽ æquitatis & iuſtitiæ, ne ſic mi
reris, ut eiuſmodi latere deũ putes: habet enim
oppreſſor ille ſuperiorem, qui ea quæ facit di-
ligenter obſeruat: & ſupra utrũq; illorum alij

ſuperiores ſunt.

8 Summum quod terra homini præſtare po
teſt:eſt agellus aliquis, cui colenti cū ſatis eſſe
poſsit,ut ex eo uiuat: & cui ille contingit, &
eo contentus eſt,is planè rex eſt.

9 Qui amat pecuniam,nunquam illi tantum
pecuniæ adferri poterit, ut ſit futuris conten-
tus:& qui inhiat diuitijs, nunquam ex eis fru
ctum ullum capiet:quiſquis talis,inſigniter ua
nus eſt.

10 Vbi diuitiarum plurimùm eſt, ibi plurimi
ſunt qui comedunt eas:& quid habet amplius
is cuius ſunt diuitiæ, quàm quòd uidet alios
eas conſumere?

11 Suauis eſt ſomnus ei qui laborando exer-
cet ſe, ſiue parum, ſiue multum comedat:
ſaturitas autem diuitis, non ſinit illum dor-
mire.

12 Inuenitur aliud triſtiſsimi mali genus: uidi
ſub ſole diuitias magna diligentia cōſeruatas,
in perniciem poſsidentium eas.

13 Perierunt opes illæ,& dominos ſuos gra-
uiter afflixerūt:neq; enim ipſis,neq; filijs eo-
rum,quicquam reliquum fuit.

14 Sicut nudi egreſsi ſunt ex utero matris, ita
nudi eò reuertentur, unde prodierunt:neque
ulli quicquam eorum hinc ſecum aſportabūt,
quæ tantis moleſtijs conquiſierunt.

15 Sed & hoc quoq;, ſi nihil aliud ſit, triſte ma
lum eſt, ꝙ omnes quo modo intrauerũt in mũ
dum, eo & relicturi ſunt ipſum: & quid prode
rit animum hic uarijs curis afflixiſſe?
16 Tota uita ſua ſordide uixerũt iracundi, ſe-
ipſos crucianţes & ſimultates exercentes.
17 Meo ergo iudicio ſuauius eſt comedere &
bibere & frui bonis inter has miſerias, quibus
affligimur ſub ſole, paucis diebus illis uitæ no
ſtræ quos deus nobis concedit: nihil enim am-
plius ex omnibus accepturus eſt homo.
18 Certe ſi cui Deus dederit diuitias & opes,
& animũ ut comedere ex illis audeat, & acci-
pere id ex eis quo ſolo homini uſui eſſe poſ-
ſunt, ut comedendo & bibẽdo oblectet ſe, hoc
ingens donum dei eſt.
19 Parum enim, qui talis eſt, memor erit incõ-
modorum uitæ ſuæ: Deus enim exercet cor
eius hilaritate.

## CAPVT VI.

1 ESt malum quod uidi ſub ſole, frequens
apud homines.
2 Inueniuntur quibus Deus dedit di-
uitias, opes, & gloriam, adeo ut nihil eis deſit
eorum quæ ab hominibus deſiderari poſſunt,
ſed animũ utendi illis non tribuit: quin potius
ignotus aliquis fruetur illis, hoc certe uanũ eſt

& graue tormentum animi.
3 Si quis centum genuerit liberos,& diues ui
xerit annis plurimis,animum tamen ſuũ frau
dauerit bonis,ſepultura quoq; honeſta carue
rit:iudicabo illo fortunatiorẽ,qui matre abor
tiente eiectus eſt:
4 Hic enim ut nugamentum aliquod à con-
ceptu in utero aliquouſque obſcurè progreſ-
ſus eſt, ſic tamen ut ne nomen quidẽ eius ulli
cognitum fuerit.
5 Solem enim non uidit,nec quicquam no-
uit,& liber fuit ab illis quibus auarus aſsiduè
torquetur.
6 Quid proderit homini,ſi contigerit illũ ui-
uere annis bis mille, & bonis ſuis nõ fruatur:
nónne finẽ capiunt anni illi, & eodẽ tendent
quò alij omnes,uel alia omnia?
7 Nullus fructus eſt alius humani laboris,q̃
cibum ori ſuppeditare:quod quãuis factu fa-
cile ſit, animi tamen cupiditati omnino ſatiſ-
fieri non poteſt.
8 Quid amplius accipiet ſapiens ex ſuo labo
re,quàm ſtultus:& quid minus habet pauper,
qui induſtria ſua ſibi uictum parat, inter illos
cum quibus uiuit?
9 At melius inquiẽs eſt,cõtemplari oculis di-
uitias præſentes,quàm induſtria ſola fretum,
in diẽ more pauperis uiuere ; certe falleris,qui

hoc putes : nō aliud enim aſpectus diuitiarum
adfert, q̃ animi ſtultas curas & tormenta.
10 Qua ratione fuit olim unumquidq; priuſ-
quam eſſet, nomine ſuo notum & ſcitum fuit:
q̄d hic uelit nolit homo, futurus eſſet, nec poſ-
ſet niſi fruſtra contendere cum deo , qui ipſo
fortior eſt, quare ſic uel ſic factus ſit.
11 Et ſi quis multis uerbis contendere cum
deo conetur, nihil illi eiuſmodi obmurmura-
tio proderit.

## CAPVT VII.

1 FErendū eſt æquo animo, quod à deo im
mittit: quis eñ nouit q̄d expediat homi
ni diebus uitæ q̄bus hic uanitate uiuit?
fecit eñ dies hoīs deus ſimiles umbræ, de qua
poſt abitū quid fiat ſub ſole, quis indicabit?
2 Gratior eſt fama bona poſt mortē, quàm
odor fragrantiſsimi unguenti: & dies mortis,
melior eſt die quo quis naſcitur.
3 Magis expedit ire in domum luctus, quàm
in domum conuiuij : in illa enim uidet ut quē
finem habiturus ſit omnis homo: & qui uidet
mortuum alium, nō poteſt non aliquo modo
animus eius commoueri.
4 Melior eſt triſtitia, quàm riſus: quia per tri
ſtitiam, quæ in uultu apparet, cor admonetur
officij ſui.

5 Animus uiri ſapientis, uerſat̃ in domo lu-
ctus: animus uerò ſtolidi, in domo conuiuij.
6 Fortunatior eſt qui patienter audit obiur-
gationem ſapientis, quàm eſt is qui audit aſsi-
duè cantillantem ſtultum.
7 Qualis enim eſt ſtrepitus ſtipularum ar-
dentium ſub olla, talis eſt riſus ſtultorum: in-
terim neque ſapientis obiurgatio uanitate
caret:
8 Quia mali, ſi obiurgentur, quòd alios op-
primant, affligunt ſapientem, & perdere co-
nantur eum qui cor habet tam inſigni ſapien
tiæ dono exornatum.
9 Melior ergò eſt finis rei, ꝙ̃ principium, &
homo patiens, quàm is qui liberè alios carpit.
10 Ne inducas in animum tuum, ut citò ira-
ſcaris: ſolẽt enim ſtulti ferè eſſe, qui proni ſunt
ad iram.
11 Ne dixeris apud te, pertæſus malorũ præ-
ſentium, quid cauſę eſt, quòd tempora quibus
uixerũt maiores noſtri, meliora fuerint, quàm
ſint hæc noſtra? non eſt enim prudentis uiri
talia interrogare, cùm manifeſtũ ſit habuiſſe
illa tempora incõmoda ſua, ſicut & hæc no-
ſtra habent ſua.
12 Melior eſt ſapientia quæ cum diuitijs con
iuncta eſt, & utilitatis plus adfert tempore hu
ius uitæ, quo ſolem ſpectamus.

13 Adfert enim momenti multum ſapiẽtia, &
nonnihil etiam diuitiæ: hoc tamen habet ſu-
pra diuitias ſapientia, quòd ſapientem ad ui-
tam perducat æternam.
14 Cõſidera uniuerſa quæ fecit deus, & inue-
nies nihil eorꝫ poſſe reſtitui, quæ ille perdidit.
15 Quare dum adeſt bonum, fruere, & in ad-
uerſis patiens eſto: uoluit enim omnia deus ui-
ciſsitudini obnoxia eſſe, ut uideret homo nihil
eſſe ſtabile cui tutò fidi poſsit.
16 Vidi plurima diebus uanitatis meę, & inter
cætera, iuſto eſſe nonnunquã iuſtitiam ſuam
exitio, & impium in impietate ſua diu & feli-
citer uiuere.
17 Ne ſis ergò iuſtus nimium, neque ſapiens
ultra modum, ne fortè & tu ſimiliter pereas.
18 Neque enim exlex, & ſtolidus efficiaris:
qui enim eiuſmodi ſunt, ut plurimum pere-
unt malè.
19 Vt hęc pericula uites, nihil melius eſt quàm
ut firmiter credas, & perpetuò in memoria ha
beas, quòd illi qui Deum reuerentur, omnia
hæc mortifera mala effugient.
20 Sapientia ſæpe plus iuuat illum, cuius eſt,
ꝗ̃ poſſent decem primores ciuitates.
21 Interim nullus eſt hominum tam ſapiẽs &
iuſtus, ut non ſubinde peccet.
22 Quare delatoribus aurẽ facilè nõ prębue-

ris,ne audire cogaris ꝙ ſeruus tuus aliquoties
ex impatientia malè de te locutus ſit.
23 Scis enim tuipſe quòd nonnunquam locu-
tus ſis ad eundem modum de alijs.
24 Hæc omnia tentando per ſapientiam didi-
ci:& nō contentus ijs, conatus ſum ſcire quæ
ſciri ab homine nō poſſunt, ſed in hoc conatu
ſapientia mihi adeſſe recuſauit.
25 Longè ſupra captum humani ingenij eſt,
nelle ſcire quo cōſilio ab æterno uſus ſit deus
in condendis & conſeruandis rebus, & modis
omnibus incomprehenſibile.
26 Quare reuocaui animum meum ad intelli-
genda ea quæ ratiocinatione inueſtigari poſ-
ſunt,& ad cognoſcendam impiam ſtultitiam,
& amentes inſanias.
27 Et inuenio amariorē eſſe ipſa morte mulie-
rem,quæ una eſt inſtar uenatorū multorum:
cor eius ſimile retibus multis, & manus uin-
culis:qui charus eſt deo liberabitur ab illa,pec
cator uerò laqueis eius irretietur.
28 Ecce,inquit cōcionatrix ſapientia,hoc de-
prehendi ex comparatione rerum inter ſe, id
quod quæritur inueniri ſolere.
29 Laboraui uſq; in hanc horam, ut conferen
do officium fœminarum cū ingenio & mori-
bus, bonam & prudentem aliquam inueni-
rem;ſed nihil ſucceſsit,ex mille uiris,unum in-

ueni tolerabilem: ex mille autem fœminis,
nullam.
30 Hoc ſolū inueni, quòd deus fecerit Adam
rectum: & quòd ipſe cum poſteris multa ma-
gno ſtudio ſtulta repererit, quæ à ſimplici re-
cto quàmplurimum recedunt.

## CAPVT VIII.

1 QVis conferendus eſt cum ſapiente, &
eo qui iudicium habet de rebus? ſapiē
tia nominis gratioſum facit uultum
eius,& crudelitatem pellit.
2 Attamen ſuadeo etiam ſapienti,ut obſer-
uet,quæ rex mandabit:& præſtet ſi quæ deo
in teſtem uocato iurauerit.
3 Nec tu uecors & ſtolidus,tanquā à conſpe
ctu illius poſsis aufugere,pertinax in malo pſi
ſte:quicquid enim ille uoluerit,perficiet.
4 Vbicunque aliquid nomine regis manda-
tum fuerit, ibi & poteſtatem eſſe puta exe-
quendi,quod mandatum eſt:nec audeat quiſ-
quam contradicere,aut quærere cur hoc man
dauerit rex.
5 Qui obediens eſt mandato,non ſentiet ma
lum:tempus autem aduenturum, ut ſumatur
ſupplicium de tranſgreſſoribus, non ignorat
ſapiens.
6 Statuit nanq; deus tempus, quo de omni-

bus iudicaturus eſt: & priusquam illud adue-
niat, uarijs & periculoſis malis expoſiti ſu-
mus.
7 Nec ſcire cuiquam datur, quid illi contin-
get: quis enim id poſſit illi indicare?
8 Et ſi ſciret, nihil illi ꝓdeſſet: nemo enim tam
potens eſt ut animum ſuum contineat: nec ap-
petente morte uires ullæ quicquã proderunt:
neq; eſt ſpes ulla elabendi ex illo prælio, quod
nobis cum morte ineundum eſt: nec impiũ tũc
ſua impietas liberare poterit.
9 Huiuſmodi plurima obſeruaui, & diligẽter
expendi quæ fieri uidebam ſub ſole, quo tẽpo-
re homo in hominem imperium exercet, nõ ſi-
ne malo illius qui ferre imperium cogitur.
10 Itaq; uidi impios ad ſepulchrum uſq; feli-
citer degere, & ipſos ueluti reſurgere in filijs, &
uerſari inter honoratos in loco ſancto: eos uerò
qui bene faciunt, cõtemni à ciuibus: ſed & hoc
inſigni uanitate non caret.
11 Quia non ſubitò ſumitur ſupplicium de his
quæ deſignant homines, ipſi nõ faciunt finem
intrepidè male faciendi.
12 Contingit nanq; peccatorem centies impie
agere, & quantum apparet, id feliciter illi ce-
dere: ego interim ſcio, quòd illis ſolis bene erit
qui Deum reuerentur.
13 Impio uero, quantumuis appareat, nihil

continget ueri boni:quin & dies uitæ illius, &
ſi multi uideantur,citius umbra, quæ res nihili
eſt,abibunt.
14 Eſt & alia uanitas,& frequens in hac uita:
uidemus enim ea euenire iuſtis mala , quæ im-
pios ferre decebat: & è contrario impijs bona,
quæ iuſtos accipere æquum erat : certe hoc ue-
hementer moleſtum eſt.
15 Quare laudaui hilaritatem animi: nec quic
quam uidi melius, quàm comedere & bibere,
& frui bonis: hoc enim ſolum accipiet homo
tanquam ſuum ex omni moleſtia , qua ſe fa-
tigat, diebus quibus uitam illi Deus concedit
ſub Sole.
16 Sic accommodaui animum meũ ſtudio ſa-
pientiæ, ut cognoſcerem quæ fiunt nobis in
terra degentibus,ut ſæpe nec die, nec nocte ſo-
mnum indulſerim oculis meis.
17 Et conſideraui hæc tam uaria opera Dei,
quæ facta ſunt,& quæ fiunt aſsiduè, & depre-
hendi non poſſe ullum hominem inuenire ra-
tionem alicuius rei,ex omnibus, quæ tam ua-
ria fiunt ſub ſole,etiam ſi conetur omnibus ui-
ribus inuenire: quin & ſapiens ipſe, ſi conetur,
fruſtra laborabit.

## CAPVT IX.

1 OMnia hæc diligenter reuolui in animo,& comperi quòd iuſtum,& ſapientem,& opera eorum, Deus habeat in ſua poteſtate: neq; quiſquam nouit quos habiturus ſit,uel amicos,uel inimicos:cuncta enim hæc hominem latent.

2 Cunctæ res eodem interibunt modo: nec quicquam ab interitu liberum eſt, non iuſtus magis quàm impius: nec bonus & innocens, magis quàm prauus: neq; ſacrificio Deum uenerans magis quàm Deum contemnens, non aliter interibit bonus,quàm malus,iurare conſuetus, quàm is qui à iuramentis abſtinet, ne Deum offendat.

3 Hoc moleſtiſsimum eſt omnium, quæ ſub Sole fiunt, quòd omnia abſq; ullo diſcrimine eodem modo intereunt: & corda hominũ interim implentur malis,ad inſaniam uſq;, toto tempore uitæ uſq; ad ſepulchrum.

4 Quandiu is uerſatur inter uiuos, aliquid habet amplius, quàm ſi mortuus eſſet: ſicut canis uiuus aliquid habet amplius, quàm leo mortuus.

5 Siquidem ij qui uiuunt,hoc habent, quòd ſe ſciant morituros:mortui uerò nihil horum nouerunt, nec ſunt apud uiuos ullo amplius in pretio,ſed obliuioni penitus traditi.

6 Nec amicos amplius, nec inimicos,nec quos

æmulentur habent: nihil illis amplius commu
ne eſt cum hoc mundo quem reliquerunt, cum
omnibus quæ in eo ſunt.
7 Comede ergò lætus cibum tuum, & bibe
animo hilari uinũ tuum: iamdudum enim pla-
cent opera tua Deo.
8 Omni tempore ſint ueſtes tuæ ſplendidæ,
& caput tuum aſsiduè delibutum unguento.
9 Oblecta uitã tuam cum uxore quam amas,
tempore quo tibi uiuendum eſt in hac uaniſsi-
ma uanitate, qua om̃es dies tui pleni ſunt: hoc
enim ſolum eſt propriè tuum ex omni labore,
quo te fatigas tota uita tua ſub ſole.
10 Quicquid tibi occurrerit, quod faciendum
putes, fac fortiter: nihil enim horum operum,
quæ hic fiunt, neq; conſilij, neque prudentiæ,
neque ſapientiæ quicquam in ſepulchro quò
tu properas, inuenturus es.
11 Obſeruando ea, quæ fiunt ſub ſole, didici
quòd raro adhibentur ueloces ad currendum:
neq; robuſti ad gerenda bella: quin & ſapien-
tibus ſæpe deeſt unde uiuant, nec habẽt indu-
ſtrij diuitias, nec rerum periti in precio ſunt,
ſed tanquam ignaui ſemper fuiſſent, tempus
& caſus omnes de medio tollit.
12 Nec magis nouit homo tempus mortis ſuæ,
quàm piſces priuſquam hamo capiantur, uel
aues priuſquam laqueo irretiantur; ſicut enim

capiuntur illæ,ſic mors de improuiſo homines
illaqueabit.

13 Sed & hoc uidi quòd eſſet ſapientia ſub
Sole,& meo iudicio magna:

14 Ciuitas enim quædam fuit parua,& uiri in
ea pauci,& rex potens obſidione cinxit eam,
& turres extruxit contra eam:

15 Et inuentus eſt in ea uir pauper,ſed ſapiens,
qui ſeruauit ciuitatem illam ſapientia ſua:nec
fuit unquam ante periculum habita ratio pau
peris illius.

16 Iudicaui tum ego,quòd utilior eſſet ſapien-
tia uiribus corporis: & tamen ſapientia pau-
peris illius,tanto tempore contempta fuit,nec
uerba illius à quoquam æſtimata.

17 Verba ſapientum,etiam ſi non multum cla
ment ipſi,efficaciora ſunt,quàm principis ſtul
ti uociferatio.

18 Sapientia melior eſt inſtrumentis bellicis:
qui interim peccat in uno aliquo, plurimum
boni amittet.

## CAPVT X.

1 SIcut muſcæ in unguentum quantumuis
fragrans collapſæ, ſi illic moriantur un-
guentum corrumpũt & bullis ueluti ſca-
bie obducunt; ſic parua ſæpe ſtultitia hominũ

ob ſapientiam & reliquas naturę dotes claro, multum exiſtimationis adimit.

2 Cor ſapientis in dextra illius eſt, & cor ſtulti in ſiniſtra.

3 Quacunq; iuerit ſtultus, uecordia eum comitabitur: & tanquam ipſe ſolus ſapiens ſit, obuios omnes ſtultos appellabit.

4 Si dominandi cupiditas animum tuum inuaſerit, locum priorem ne facilè deſerueris: qui enim compeſcit in huiuſmodi cupiditatibus animum ſuum, multa uitabit & grauia peccata.

5 Frequens enim eſt malum ſub Sole, quod ab imprudentia principis proficiſcitur.

6 Collocantur ſæpe ſtulti inter primos & potentiſsimos, præteritis illis qui ad res gerendas uehementer idonei ſunt.

7 Et uidi ſeruos obequitare, tanquam nobiles ſint: & nobiles, ſeruorum more, pedibus iter facere.

8 Qui fodit foueam, incidit in illam: & qui diſsipat ſepem, mordebit illum ſerpens.

Stultos eſſe ſignificat & periculoſos magnoq; co

9 Qui proijcit lapides, fatigabitur ſæpe iaciendo, & qui ſecat ligna, ſentiet quantum ea res habeat difficultatis.

10 Si retuſum fuerit ferrum, quo ſecant ligna, quantumuis fortibus multum negocij exhibebit; ſapiētia uerò, difficiles alioqui res, ſæpe fa

ciles reddet. natus ſi
11 Serpens qui non ædito ſibilo mordet, per prudẽtia
omnia delatori ſimilis eſt. deſit.
12 Quæ ſapiens dicit, gratiam habent: ſermo
uero ſtolidi, ipſum ſubuertet.
13 Principium uerborum illius ſtultitia, & fi-
nis furia quæ periculo non caret.
14 Stultus ſic uerba multiplicat, ut nemo intel
ligere poſsit, dũ loquitur, quid uelit, & multo
minus de futuris aliquid ex illis colligere.
15 Conatus ſtultorum, laſſabit eos: quia ratio-
nem uiuendi ciuiliter, ignorant.
16 Infelix patria eſt, cuius rex eſt puer, & prin
cipes mane comedunt.
17 Felix patria, cuius rex uir ſtrenuus eſt, &
principes tempore, quo oportet comedunt,
non comeſſationibus dediti, ſed comedunt
quantum ſatis eſt ad uires corporis conſer-
uandas.
18 Ignauia domini domus, ſoluetur conti-
gnatio: & pigritia eius fiet, ut arceri non poſ-
ſit pluuia.
19 Ad uoluptatem parant cibos, & uinum bi-
bunt, ut ſe exhilarent, quorum nequitiæ pe-
cunia ſuppeditant omnia.
20 Tu interim ne auſus fueris, uel cogitare ſe
mel, ut huiuſmodi in rege uel principe reprehẽ
das, etiam ſi ſolus in cubiculo tuo fueris: fiet

enim palàm, ſi non aliundè, certè aues, quæ in aere uolitant, clàm eſſe non ſinent.

## CAPVT XI.

1
De eleemoſynis intelligit

PRoijce panem tuum in præterfluentes aquas, & ſcito non periturum: tandem enim recipies.
2 Liberaliter egentibus tribue: ſic enim fiet, ut non ſentias mala quæ imminent.
3 Vbi plenæ fuerint nubes imbrē ſuum fundent in ſitientem terram, & fructus arboris quocunq; loco ceciderit, ſiue in plaga Auſtrali, ſiue Aquilonali, erunt qui colligent illum.
4 Qui obſeruat curioſè uentum, non ſeminabit: & qui metuit nubes, non metet.
5 Sicut ignoras, quomodo anima cōiungatur corpori, & oſſa cōpingantur in utero prægnantis: ſic nunquam intelligere poteris rationem ullius earum rerum, quas Deus fecit tam multas & uarias.
6 Manè ſemina ſemen tuum, & ueſperi ne ceſſa: neſcis enim utrū felicius proueniet, quod manè, an quod ueſperi ſeminatum eſt, an illud quod manè & ueſperi.
7 Suaue eſt lumen, & gratum oculis uidere Solem.
8 Interim ſi cui cōtingat multis annis ſuaui-

ter uiuere, & tandem in memoriam reuocaue rit, quanto tempore hoc Sole & lumine eius carendum erit: iudicabit hæc fluxa, caſſa, & inania eſſe omnia.

9 Oblecta te adoleſcẽs dum ætas eſt integra, indulge genio, & uerſare in illis quæ animus deſiderabit, & oculi cõcupiſcẽt: ſed ſcito quòd Deo redditurus ſis rationem de omnibus.

10 Pelle ex animo tuo iracundiam, & à corpore moleſtiam: adoleſcentia enim & reliquũ totius uitæ tempus uanitatis ſecum ſatis adferent.

## CAPVT XII.

1 HAbe ergò ante oculos creatorẽ tuum dum integra adhuc ætas eſt, priusquã ueniant dies pleni malis, & anni, quibus nihil libebit boni facere.

2 Priusquam obſcuretur tibi Sol & lumen eius: luna quoq; & ſtellæ, & caligo obtegat oculos tuos.

3 Quod fiet, ubi debilitati fuerint cuſtodes domus, & membra quibus nunc ualemus, uiribus ſuis deſtituta fuerint: & uiſus oculorum, qui nunc ueluti ex cauernulis proſpectat, deſicere cœperit.

Manus intelligi uult, quibus nos maximè defendere ſolemus.

4 Vbi claudi cœperunt ianuæ plateæ, per

quam it cibus, ubi perierit latratus ſtomachi,
&homo tam debilis factus fuerit, ut ad uocem
auiculæ excitetur, & perierint omnia organa
cantus:
5 Tunc è cœlo metum, & malum in ſe caſu-
rum, & terrores eos quacunq; fuerint, inua-
dent: tunc canis aſpergetur caput, & nutabūt
pedes, & peribit appetitus, quæ ſigna ſunt eos
hinc migrare in domum alterius ſeculi: circum-
dabunt eos in platea lugentes, ut ſublatum in
humeros efferant.

Medullam intelligit, quæ trāſit ſpinā dorſi, qua uel minimū læſa, neceſſe eſt hominē mori.

6 Quicquid præcedit diem, quo rumpetur fu-
niculus argenteus, & diffluet pingue illud au-
reum, & comminuetur hydria iuxta fontem,
& fractis rotis currus in foueam per præceps
ruet.
7 Et reuertetur puluis in terram unde ſum-
ptus eſt, & anima redibit ad Deum, qui dedit
illam.
8 Vaniſsima ſunt omnia, inquit Eccleſiaſtes,
& nullo tempore non uana.
9 Et quia ſapiens erat ſupra omnes alios
Eccleſiaſtes, multa alia populum docuit: dili-
genter enim ſcrutando omnia, multa inuenit
ad ſapientiam pertinentia, & multa reſtituit,
ſapienter ab alijs dicta.
10 Studioſus ualde fuit hic concionator, ut
utilia & ſcitu digna inueniret, quæ autem in-

uenit,bona fide chartis mandauit.

11 Verba ſapientum ſunt ueluti ſtimuli, & ue luti claui uiri ſtudioſi, qui alijs inculcant,quæ ab unico paſtore Deo, ut illis excitemur,donata ſunt ipſis.

12 His paucis fili mi admonitum te puta: ut autem omnia perſtringãtur ſigillatim,ne pluimis quidem libris fieri poterit, & labor multa ſcribendi corpus defatigat.

13 Finis omnium rerum qualis ſit, iam auditum eſt:tu deũ reuerere,& mandata illius obſerua:illo enim ſolo acquiritur, quicquid uerè hominem & ſolidè beatum facere poteſt.

14 Nec ignorare Deum putes, quæ tu facis: omnia nanq; diligentiſsimè expendet,ſiue bona fuerint, ſiue mala, etiam ea quæ nobis uidentur penitus occulta.

Vocabulo ſtimuli,quo hic utit ſubindicat ſimilimos aſinis eſſe nos,et frequentiſsimis egere nos extimulationibus.

FINIS.

## INDEX PSALMOrum ſecundum ueterem translationem.

A


AD dominum quum tribularer, clamaui. Pſalmus 119

Ad te Domine leuaui. Pſal. 25

Ad te Domine clamabo. 28

Ad te leuaui oculos meos. 122

Afferte Domino. 29

Attendite populus meus. 78

Audite hæc omnes gentes. 49

B

Beati immaculati in uia. 119

Beati omnes qui timent Dn̄m. 128

Beati quorum remiſſæ ſunt. 32

Beatus uir qui non abijt. 1

Beatus qui intelligit ſup egenū. 41

Beatus uir qui timet Dominum. 112

Benedic aīa mea dn̄o, & omnia. 103
Benedic anima mea dn̄o, dn̄e. 104
Benedixiſti domine terram. 85
Benedictus dn̄s deus meus. 144
Benedicam dominum in omni tem-
pore. 34
Bonum eſt confiteri. 92

C

Cantate Domino canticum nouum, cantate. 96
Cantate Domino canticum nouum, quia mirabilia. 98
Cantate Domino canticum nouum, laus eius. 149
Cœli enarrant gloriam dei. 19
Confitebimur tibi. 75
Confitebor tibi domine in toto corde meo, narrabo. 9
Confitebor tibi domine in toto cor-

de meo, in conſilio. 111
Confitebor tibi domine in toto corde meo, quoniam audiſti. 138
Confitemini domino & inuo. 105
Confitemini dn̄o, quoniam. 106
Confitemini domino, quoniam. 107
Confitemini dn̄o, quoniam. 118
Confitemini domino, quoniã. 136
Conſerua me domine. 16
Credidi propter quod locutus. 116
Cùm inuocarem, exaudiuit. 4

D

De profundis clamaui. 130
Deus auribus noſtris. 44
Deus deorum dominus. 50
Deus deus meus reſpice. 22
Deus déus meus, ad te de. 63
Deus in adiutorium meum. 70
Deus in nomine tuo ſaluum. 54

Deus iudicium tuum regi. 72
Deus laudem meam. 109
Deus miſereatur noſtri. 67
Deus noſter refugium. 46
Deus quis ſimilis erit. 83
Deus repuliſti nos. 60
Deus ſtetit in ſynagoga. 82
Deus uenerunt gentes. 79
Deus ultionum dominus. 94
Dilexi quoniam exaudiet. 115
Diligam te domine fortitudo. 18
Dixi cuſtodiam. 39
Dixit dominus domino meo. 110
Dixit iniuſtus ut delin. 36
Dixit inſipiens in corde. 14
Dixit inſipiens in corde. 53
Domine clamaui ad te. 141
Domine Deus meus in te. 7
Domine Deus ſalutis meæ. 88

Domine Dominus noſter. 8
Domine exaudi orationem meam, & clamor. 102
Domine exaudi orationem meam, auribus 143
Domine in uirtute tua. 21
Domine ne in furore tuo. 6
Domine ne in furore tuo. 38
Domine non eſt exaltatum. 131
Domine probaſti me. 139
Domine quid multiplicati. 3
Domine quis habitabit. 15
Domine refugium factus. 90
Domini eſt terra &. 24
Dominus illuminatio mea. 27
Dominus regit me. 23
Dñs regnauit decorem indut. 93
Dominus regnauit, exultet. 97
Dominus regnauit, iraſcantur. 99

E

*Ecce nunc benedicite.* 134
*Ecce quàm bonũ & q̃ iocundũ.* 133
*Eripe me de inimicis.* 59
*Eripe me domine.* 140
*Eructauit cor meum.* 45
*Exaltabo te domine.* 30
*Exaltabo te deus meus.* 145
*Exaudiat te dominus.* 20
*Exaudi deus deprecationem.* 61
*Exaudi deus orationem.* 55
*Exaudi deus orationem.* 64
*Exaudi deus iustitiam.* 17
*Expectans expectaui.* 40
*Exultate deo adiutori.* 81
*Exultate iusti in domino.* 33
*Exurgat deus & diſsipentur.* 68

F

*Fundamenta in montibus.* 87

I

In conuertendo dominus. 126
Inclina domine aurem tuam. 86
In domino confido. 11
In exitu Iſraël. Nõ nobis dñe. 114
In te domune ſperaui. 31
In te domine ſperaui. 71
Iubilate deo omnis terra. 66
Iubilate deo omnis terra, ſeruite domino. 100
Iudica domine nocentes. 35
Iudica me deus & diſcerne. 43
Iudica me domine. 26

L

Lauda anima mea dominum. 146
Lauda Hieruſalem. 147
Laudate donunum de cœlis. 148
Laudate dominum in ſanctis 150
Laudate dominum omnes. 117

Laudate dominum, quoniam. 147
Laudate nomen domini. 135
Laudate pueri dominum. 113
Lætatus ſum in his. 122
Leuaui oculos meos. 132

M

Magnus dominus & laudabilis. 48
Memento domine Dauid. 132
Miſericordiam & iudicium. 101
Miſericordias domini. 89
Miſerere mei Deus, ſecundum magnam. 51
Miſerere mei Deus, quoniam. 56
Miſerere mei Deus, miſerere. 57

N

Niſi dominus ædificauerit. 127
Niſi quia dominus erat in. 124
Noli æmulari in malignantibus. 37
Non'ne Deo ſubiecta. 62

Notus in Iudæa Deus. 76

O

Omnes gentes plaudite. 47

P

Paratum cor meum. 108

Q

Quare fremuerunt gentes. 2
Quàm bonus Iſraël Deus. 73
Quàm dilecta tabernacula. 84
Quemadmodum deſiderat. 42
Qui confidunt in domino. 125
Quid gloriaris in malitia. 52
Qui habitat in adiutorio. 91
Qui regis Iſraël. 80

S

Saluũ me fac deus, quoniã defecit. 12
Saluum me fac deus, quoniã in. 69
Sæpe expugnauerunt me. 129
Si uerè utiq; iuſtitiam. 58

Super flumina Babylonis. 137

T

Te decet hymnus deus in Sion. 65

V

Venite exultemus domino. 95
Verba mea auribus percipe. 5
Voce mea ad dominum. 77
Voce mea ad dominum clamaui. 142
Vſq; quo domine obliuiſceris. 13
Vt quid Deus repuliſti. 74

FINIS.

NE ALIQVOT PAgellæ uacarent, placuit orationẽ Salomonis, quam in templi dedicatione habuit, annectere. Quippe pio lectori rem multò gratiorem fore rati, quàm ſi nudas chartas obijceremus.

## ORATIO SALOMOnis in dedicatione templi.

III. Reg. VIII.

DOMINE Deus Iſraël, non eſt ſimilis tui deus in cœlo deſuper, & ſuper terrã deorſum: qui cuſtodis pactum, & miſericordiam ſeruis tuis, qui ambulant coram te in toto corde ſuo: qui cuſtodiſti ſeruo tuo Dauid patri meo, quæ loquu=

tus es ei. Ore loquutus es, & mani-
bus perfeciſti, ut hæc dies probat.
Nunc igitur domine deus Iſraël con
ſerua famulo tuo Dauid patri meo
quæ loquutus es ei, dicens: Non aufe
retur de te uir coram me, qui ſedeat
ſuper thronũ Iſraël: ita tamen ſi cu-
ſtodierint filij tui uiã ſuam, ut ambu-
lent coram me, ſicut tu ambulaſti in
cõſpectu meo. Et nũc dñe deus Iſraël
firmentur uerba tua, quæ loquutus
es ſeruo tuo Dauid patri meo. Ergó
ne putandum eſt quod uere Deus ha
bitet ſuper terram? Si enim cœlũ, &
cœli cœlorũ te capere non poſſunt:
quanto magis domus hæc, quam ædi-
ficaui tibi? Sed reſpice ad orationem
ſerui tui, & ad preces eius domine
deus meus. Audi hymnum & ora-

*tionem, quã ſeruus tuus orat corã te hodie, ut ſint oculi tui aperti ſuper domũ hanc nocte ac die: ſuper domũ, de qua dixiſti, Erit nomen meum ibi: ut exaudias orationẽ, quã orat in lo co iſto ad te ſeruus tuus, ut exaudias deprecationẽ ſerui tui & populi tui Iſraël: quodcunque orauerit in loco iſto, & exaudies in loco habitaculi tui in cœlo: & cũ exaudieris, propitius eris. Si peccauerit homo in proximum ſuũ, & habuerit aliquod iuramentum, quo teneatur adſtrictus, & uenerit propter iuramentum coram altari tuo in domũ tuã, tu exaudies in cœlo, & facies, & iudicabis ſeruos tuos, condemnans impiũ, & reddens uiam ſuam ſuper caput eius: iuſtificansq; iuſtum, & retribuens*

*ei ſecundum iuſtitiam ſuam. Si fugerit populus tuus Iſraël inimicos ſuos, quia peccaturus eſt tibi, & agentes pœnitentiam, & confitentes nomini tuo uenerint, & adorauerint, & deprecati te fuerint in domo hac, exaudi in cœlo: & dimitte peccatū populi tui Iſraël, & reduces eos in terrā, quam dediſti patribus eorum. Si clauſum fuerit cœlū, & non pluerit propter peccata eorū, & orantes in loco iſto pœnitentiam egerint nomini tuo, & à peccatis ſuis conuerſi fuerint propter afflictionē ſuam, exaudi eos in cœlo, & dimitte peccata ſeruorum tuorum, & populi tui Iſraël: & oſtende eis uiam bonam, per quā ambulent: & da pluuiam ſuper terram, quā dediſti populo tuo in poſ-*

ſeßionem. Fames ſi oborta fuerit in terra, aut peſtilentia, aut corruptus aër, aut ærugo, aut locuſta, uel rubigo, & afflixerit eum inimicus eius, portas obſidens omnis plaga, uniuerſa infirmitas, cuncta deuoratio, & imprecatio quæ acciderit omni homini de populo tuo Iſraël: ſi quis cognouerit plagã cordis ſui, & expanderit manus ſuas in domo hac, tu exaudies in cœlo in loco habitationis tuæ, & repropitiaberis, & facies, ut des unicuiq; ſecũdum omnes uias ſuas, ſicut uideris cor eius: quia tu noſti ſolus cor omnium filiorum hominum, ut timeant te cunctis diebus, quibus uiuunt ſuper faciem terræ, quam dediſti patribus noſtris. Inſuper & alienigena, qui non eſt de

populo tuo Iſraël, cũ uenerit de terra longinqua propter nomen tuum: audietur enim nomen tuũ magnum, & manus tua fortis, & brachium tuum extentũ ubiq;. Cum uenerit ergo, & orauerit in hoc loco, tu exaudies in cœlo, in firmamẽto habitaculi tui, & facies omnia pro quibus inuocauerit te alienigena: at diſcant uniuerſi populi terrarum nomen tuum timere, ſicut populus tuus Iſraël, & probent quia nomen tuum inuocatum eſt ſuper domum hanc, quam ædificaui. Si egreſſus fuerit populus tuus ad bellum contra inimicos ſuos per uiam, quocunq; miſeris eos, orabunt te contra uiam ciuitatis quã elegiſti, & contra domum quam edificaui nomini tuo: & exaudies in cœ

*lo orationes eorum, & preces eorum, & facies iudicium eorum. Quòd ſi peccauerint tibi (non eſt enim homo qui non peccet) & iratus tradideris eos inimicis ſuis, & captiui ducti fuerint in terram inimicorum longe uel prope, & egerint pœnitentiam in corde ſuo in loco captiuitatis, & conuerſi deprecati te fuerint in captiuitate ſua, dicentes: Peccauimus, inique egimus, impie geſſimus: & reuerſi fuerint ad te in uniuerſo corde ſuo, & tota anima ſua in terra inimicorum ſuorum, ad quam captiui ducti fuerint, & orauerint te contra uiam terræ ſuæ, quam dediſti patribus eorum: & ciuitatis quam elegiſti, & templi quod ædificaui nomini tuo:*

exaudies in cœlo, in firmamento ſo=
lij tui orationes eorum, & pre=
ces eorum, & facies iudicium eo=
rum: & propitiaberis populo tuo,
qui peccauit tibi, & omnibus ini=
quitatibus eorum, quibus præuari=
cati ſunt in te: & dabis miſericor=
diam coram eis, qui eos captiuos ha=
buerint, ut miſereantur eis. Popu=
lus enim tuus eſt, & hæreditas tua,
quos eduxiſti de terra Aegypti, de
medio fornacis ferreæ: ut ſint ocu=
li tui aperti ad deprecationem ſer=
ui tui, & populi tui Iſraël, &
exaudies eos in uniuerſis pro qui=
bus inuocauerint te. Tu enim ſe=
paraſti eos tibi in hæreditatem de
uniuerſis populis terræ, ſicut lo=
quutus es per Moyſen ſeruum tuũ,

SALOMONIS.
*quando eduxiſti patres noſtros de terra Aegypti domine deus.*

FINIS.

APVD SEBAST.
GRYPHIVM,
ANNO
1534.



15

1484596